Queritur quito vtrū cuiuslibet entis naturalis proprie dicti sint tria principia. Et arguit̄ pmo ꝙ sint plura: qꝛ tot sunt pncipia entis naturalis quot sūt cause entis naturalis: sed quattuor sūt cause entis naturalis: ergo quattuor sūt principia entis naturalis. ¶ Scđo sic. infinita sunt pncipia entis naturalis: ergo nō tm̄ tria sunt principia entis naturalis. Antecedens ꝓbatur qꝛ infinite sunt partes eiusdē proportionis entis naturalis. ¶ Tertio sic: albedo est ens naturale: et tn̄ eius non sūt tria principia: ergo nō cuiuslibet entis naturalis sūt tria pricipia. ¶ Quarto sic potētia materie est pricipium entis naturalis: et tn̄ nō est aliqđ illorū triū: ergo sūt plura. ¶ Quinto sic: q̄litatiue dispositiōes sūt principia entis naturalis ⁊ nō sūt aliquod illorū triū: ergo sunt plura q̄ tria. ¶ Sexto sic: tantum due sunt partes intrinsece et essentiales entis naturalis: scilicet materia et forma: ergo tm̄ duo sūt principia entis naturalis. ¶ Septimo sic appetitus materie est principiū entis naturalis: et tamē nō est aliqđ illorū trium: ergo sunt plura q̄ tria. ¶ Octauo sic: priuatio non concurrit ad productionē entis naturalis: ergo priuatio non est principium entis naturalis. antecedēs probatur quia priuatio nichil est. ¶ In oppositū est aristoteles primo phisicorum. Pro solutione questionis notandū est primo: ꝙ istud nomē principiū multipliciter accipit̄. Aliq̄n capitur ꝓ causa efficiēte: ⁊ sic capit̄ ab aristotele in ꝓhemio primi phisicorū dum dicit vnūqđq̄ scire arbitramur cum causās primas principia aut elementa cognoscimus. Alio modo capitur pricipiū pro omni causa siue illa sit extrinseca siue intrinseca: et sic quelibet causa dicit̄ principium. Tercio mō capit̄ principium pro causa intrinseca: et sic capit̄ dū dicit̄ ꝙ entis naturalis sunt duo principia: scilicet materia et forma. ¶ Scđo notandū est ꝙ dupliciter potest itelligi ꝙ ētis naturalis sint tria principia. Uno mō quo ad esse et sic entis naturalis compositi ex materia et forma non sūt tria principia: sed solū duo scꝫ materia et forma. Alio mō ꝙ entis naturalis compositi ex materia et forma sunt tria principia quo ad fieri: et sic entis naturalis sunt tria principia: scꝫ materia forma et priuatio. Unde priuatio concurrit quo ad fieri per accidēs: nā priuatio vt est principiū entis naturalis est forma substātialis q̄ abijcit̄ dū alia generatur: ⁊ ex eo dicitur per accidens concurrere: quia nunq̄ alia per naturam introducitur nisi prius natura illa expellatur: et ideo quia expellitur sequitur corruptio rei que prius erat. ideo dicit aristoteles ꝙ priuatio vt dicebāt antiqui machinatur maleficium. ¶ Sed materia per se concurrit ad productionem entis naturalis: cum vt subiectum suscipiat formam que generatur. et forma etiam per se cōcurrit ad esse entis naturalis cum in fine generationis sit illud per quod ens naturale habet esse completū in actu formali: et cum sit illud per quod ens naturale tanquam per suum principium intrinsecum exit in suas operationes. ¶ Tertio notandum est: ꝙ duplices sunt forme Nam quedam sunt que non habent formas sibi repugnantes: sicut lumen et lux: et priuatio illarum formarum non est aliud q̄ subiectū carēs illis qđ pōt eas habere: vt ꝑuatio luminis i aere siue tenebre

nō est alind ꝙ aer nō illuminat⁹: ⁊ hoc p
bat p beatū augustinū vndecio de ciuita:
te capitulo duodecio dicētē: nā nichil sunt
aliud q̄ ducunt locorū quorūdā ꝙ corpora
lū tenebre. ꝙ aer carens luce. et q̄ dicto
patz euiden̄t ꝙ priuatio luminis in aere
nichil aliud est ꝙ aer carens lumie. Alie
vero sūt forme q̄ habent formas sibi oppo
sitas: ⁊ in illis p̄uatio vni⁹ est introductio
alteri⁹: ⁊ ecōuerso priuatio illi⁹ q̄ introdu
cit est illa q̄ abijcit. vt priuatio caliditatis
est frigiditas: ⁊ ecōuerso nā dū vna illarū
introducit alia priuat. Similit in formis
substātialib⁹. illa q̄ abijcit ē p̄uatio illi⁹ q̄
introducit ⁊ ecōuerso: tn̄ illa q̄ abijcit ma:
gis ꝑprie dicit p̄uatio: cū subiectum p itro
ductionē alteri⁹ illa priuet: et ꝑpt hoc ari
stoteles appellauit formā q̄ abijcit in ge:
neratione principiū p accidēs. ⁋ Quarto
notādū ē ꝙ materia quātū ē de se non ma
gis est determinata ad vnā formā substan
tialē suscipiēdā ꝙ ad aliā. sz determinat
ad vnā sic ꝙ nō ad aliā p qualitatiuas dis
positiōes: q̄ sūt ꝑducte ab agēte in mate:
ria. vt itroducat i illā materiā ista forma
sic ꝙ nō alia: vt dū seminat triticū forma
herbe tritici itroducit i materiā grani tri
tici: et nō alia: eo ꝙ in grano tritici sūt que
dā qualitatiue dispositiōes q̄ disponūt ma
teriā vt in ea ab agēte generet forma her:
be tritici: ⁊ hoc ꝑbat per beatū augustinū
tertio de trinitate capitulo octauo dicētez
Oim quippe rerū q̄ corporalit visibilitꝰ
nascuntur: occulta q̄dā semina in istis cor
poreis mūdi hui⁹ elemētis latēt: ex q̄ dicto
patz quō quedā qualitatiue dispositiones
manēt in materia an̄ itroductionē forme
substātial' q̄ disponūt materiā ad suscipiē
dā illā formā. Un̄ ex eo ꝙ materia pōt susci
pere formā dicit potentia ad illā formam
ita ꝙ nō ē ymaginādū ꝙ potētia materie
sit quoddā accidēs i materia: cū tūc actu
alit īfinita accidētia q̄ essent potētie essēt
in ipa materia: cū ipa sit in potētia ad in
finitas formas: ergo ipamet est illa potē:
tia. Similit ex eo ꝙ materia est natural' i
clinatio ad formā dicit appetere formam.
Un̄ duplex ē appetit⁹: scz animalis: ⁊ na
turalis. Un̄ appetit⁹ animalis ē appetit⁹
q̄ fit mediāte cognitiōe preuia ipius appe:
tētis: et duplex est talis: nā quidā est rati
onal' ali⁹ irrational'. Un̄ appetit⁹ rōnalis
est appetit⁹ q̄ fit mediante cognitiōe p̄uia
ipius intellect⁹: vt est appetit⁹ voluntatꝭ.
Sed appetit⁹ irrational' est appetit⁹ q̄ fit
mediāte cognitiōe preuia ipi⁹ sensus: vt
appetit⁹ bruti: et duplex est talis: scz cōcu
piscibilis ⁊ irascibil'. Un̄ appetit⁹ ꝯcupisci
bilis est appetit⁹ ad aliqd ꝑsequēdū. Sed
appetit⁹ irascibilis est appetit⁹ ad aliqd
fugiēdū. Sed appetit⁹ naturalis est natu
ralis inclinatio ad aliquā rē sine cognui:
one preuia ipi⁹ appetētis: ⁊ talis ē appe
tit⁹ materie: nā materia est natural' incli
natio ad formā generādam sine preuia co
gnitiōe ipi⁹ forme: nā ipa materia non co:
gnoscit formā generandā. Un̄ duplex est
appetit⁹ naturalis: scz appetit⁹ ꝯplacētie
⁊ appetit⁹ carētie. Un̄ appetit⁹ ꝯplacētie
est appetit⁹ de re q̄ habet eo ꝙ ꝯplacet eā
habere. Sz appetit⁹ carētie est appetitus
circa rē nō habitā sed q̄ pōt haberi. ⁋ Cō:
clusio responsiua cuiuslibet entis natural'
sūt tria principia quo ad fieri scz duo per
se ⁊ vnū p accidēs: ista ꝯclusio satis patet
ex notabilib⁹. Et ad rōnes an̄ oppositum.
⁋ Ad primā distīguitur maior. Vel nume:
rādo tam principia intrinseca ꝙ extrinse
ca ⁊ sic ꝯcedit. Vel numerando principia q̄
sūt intrinseca ⁊ vnū p accidēs ⁊ sic negat.
⁋ Ad secūdā distinguit antecedēs. vl' par
tialia, ⁊ sic cōcedit vel totalia ⁊ sic negatur
⁋ Ad tertiā distinguit maior: vel capiens
ꝺo ens naturale large ⁊ sic cōcedit vel pro
prie ⁊ sic negat. ⁋ Ad quartā concedit ma:
ior de rigore. ⁊ negat minor. Un̄ sicut dictū
ē potētia materie nō est aliud ꝙ materia.
⁋ Ad quintam distiguitur maior vel p̄nci
pia instrumētalia ⁊ sic concedit vel princi
pia p̄ncipalia ⁊ sic negat. ⁋ Ad sextā ꝯce:
dit an̄cedēs ⁊ negat ꝯsequētia: q: licz sint
tm̄ duo pricipia entis natural' intrinseca
sunt tn̄ tria q̄ ad fieri. ⁋ Ad septimā conce
ditur maior de rigore ⁊ negat minor: q: ille
appetit⁹ non est aliud ꝙ materia. ⁋ Ad
octauā distinguit an̄cedens vel quo ad esse
et per se et sic conceditur vel quo ad fieri et
per accidens ⁊ sic negatur.

Queritur sexto virū in entib⁹ naturali
b⁹ numer⁹ sit res numerate. Et ar
guit p̄mo ꝙ nō: ⁊ hoc sic: numerus est spēs
quātitatis: ⁊ res numerate sepe sunt spēs
substātie vel qualitatis: ergo numerus nō
est res numerate. ⁋ Secūdo sic numerus est
vnū: ⁊ res numerate sūt multe: ergo nume
rus nō est res numerate. ⁋ Tertio sic per
additionē vnitatis variat species nume:
ri: ⁊ tn̄ non variātur res numerate: ergo nu
merus nō est res numerate. ⁋ Quarto sic
numer⁹ est accidēs ⁊ res numerate sunt se
pe substātie: ergo numer⁹ nō ē res numera
te. ⁋ Quinto sic numer⁹ ē subiectū arisme
tice: et res numerate sūt subiecta in aliis
scietijs: ergo numer⁹ nō est res numerate:

probat ꝯsequētia distiacte scīētie habēt distincta subiecta. ¶ Sexto sic numerus causat ex diuisione continui et res numerate nō causant ex diuisiōe ꝯtinui: ergo numerus non est res numerate. ¶ Septimo sic vnū importat vnitatē additā rei q est vna: ergo etiā numer⁹ importat accidēs distinctū a reb⁹ numerat. Añcedēs ꝓbat quia vnū ē ꝑdicabile scd̄o mō ꝑ se: ergo iportat rē distinctā a re de qua predicat. ¶ Octauo sic si numer⁹ esset res numerate sequeretur ꝙ numeri inequales essent eiusdē speciei vt puta senari⁹ ⁊ septenari⁹ hoim: sed hoc est falsū ergo illud ex quo sequit. Similit ꝙ numeri equales et numeri inequales essent eiusdē speciei vt numerus quattuor hoim et numerus quiqꝫ hoim. ¶ Nono sic si numer⁹ esset res numerate sequeretur ꝙ aliq̄ substātie essēt quātitas: sꝫ hoc est falsū ergo illud ex quo sequitur: ꝓbatur falsitas cōsequētis q: ois quātitas est accidēs et nulle substātie sūt accidentia. ¶ Decio sic si numer⁹ esset res numerate sequeretur ꝙ due quātitates cōtinue sūt numer⁹: sed hoc est falsū ergo illud ex q̄ sequit: ꝓbatur falsitas cōsequētis q: quātitas cōtinua ē spēs distincta a numero. ¶ Undecimo sic si numer⁹ esset res numerate sequeret ꝙ quicunqꝫ videret vnum exercitū videret numerū: sed hoc est falsū ergo illud ex q̄ sequitur probatur falsitas ꝯsequentis q: bñ sequit videt numerū ergo videt ꝙ sūt cētum vel ꝙ sūt mille: sed hoc est falsū ergo illud ex quo sequitur. ¶ Duodecimo sic ad questionē factā ꝑ quot sūt nō respōdetur ꝑ ṫminū ꝑdicamēti substātie nec ꝑ terminū aliorū ꝑdicamentorū a quātitate: ergo respōdet per terminū de predicamēto quātitatis: ergo numer⁹ nō est res numerate. ¶ Decio tercio arguit sic numer⁹ numerorū distinguit a suis numeratis: ergo numer⁹ nō est res numerate. Añcedens probat q: numerus numerorū nō est numer⁹ vnitatū cum partes eius nō sunt vnitates: ergo etiam ali⁹ numerus nō est res numerate. ¶ Decimo quarto arguit sic si numer⁹ esset res numerate sequeret ꝙ sex essēt bis tria: sꝫ hoc est falsum: ergo illud ex quo sequitur. Probat falsitas cōsequētis ꝑ aristotelē i quinto methaphisice dicentē ꝙ sex nō sunt bis tria. ¶ Decioquinto sic si numer⁹ esset res numerate seq̄ret ꝙ numerus esset vnum ens: sed hoc est falsum ergo illud ex quo sequit: ꝓbat falsitas consequētis q: bñ sequit numer⁹ nō est vnū ens. ergo numer⁹ nihil ē ¶ In oppositū arguit trinitas ꝑsonarū in diuinis ē ver⁹ numer⁹: ⁊ tñ ille numer⁹ nō est accidēs ergo nec aliq̄s numer⁹ est accidēs existēs in rebus numeratis. ¶ Pro solutiōe questionis ponūtur tres ꝯclusiōes. Quarū pria talis est. Unū vt est passio entis non importat entitatē supadditā enti ꝓbat ista ꝯclusio ꝑ aristotelē quarto metaphisices dicentē: ens ⁊ vnū sunt vna natura sed nō vna ratione ostensa: ex quo dicto patꝫ euident ꝙ vnū nō dicit entitatē supadditam enti. ¶ Scd̄o sic: deus vere est vn⁹: vt dicit deuteronomiū sexto: audi isrl dñs deus tuus vn⁹ est: et tñ nō est vn⁹ ꝑ entitatē si bi supadditā: ḡ vnū non dicit entitatē supadditā enti: minor ꝓbat q: nulla entitas est addita deo. ¶ Tertio sic angelus est vn⁹: ⁊ tñ nō est vn⁹ per vnitatē sibi supadditā: ergo vnū non dicit entitatē superadditā rei vni: maior ē nota: et minor ꝓbatur: q: si angel⁹ est vn⁹ ꝑ entitatē superadditā sit illa. b. hoc supposito querit vel b. ē vna entitas vel nō: si nō: ergo nihil est b. si est vna entitas: vel est vna seipsa vel ꝑ aliā entitatē: si est vna ꝑ aliā entitatem ergo alia ꝑ aliā: ⁊ sic erit multitudo infinita entiū separatorū qd̄ est manifeste falsū si est vna seipsa: ergo etiā angel⁹ est vn⁹ seipso cū nō sit maior rō quare vnū ens creatū est vnū seipso q̄ alterū. ¶ Quarto sic vel illa vnitas addita enti est substātia vel accidēs: nō substātia cū angelo nō sit supaddita substātia: nec accidens. ꝓbatur sic: q: volo ꝙ de⁹ separet illud accidēs a re vna illo posito arguit sic facta tali sepatione nō min⁹ illa res est vna q̄ pri⁹: ergo nō est vna per entitatē sibi supadditā sed seipsa ¶ Quinto sic si vn⁹ lapis est vn⁹ ꝑ vnitatē sibi supadditā q̄ est accidēs: querit vel illud accidēs est diuisibile vel indiuisibile: non est dicendū ꝙ sit accidēs indiuisibile: quia in lapide nō ē aliud tale accidēs cū lapis sit substātia pure materialis: in nō substantia pure materiali nō est aliqd̄ accidēs indiuisibile: nec ē dicendū ꝙ sit accidēs diuisibile: ꝓbatur sic: q: tunc esset totū in toto et pars in parte et queritur ꝑ qd̄ ille partes faciūt vnā totā vnitatē vel seipsis sunt illa vnitas vel ꝑ vnitatē supadditā: nō est dicēdū ꝙ per vnitatē supadditā q: tunc esset ꝓcessus in infinitū: si dicatur ꝙ seipsis sunt vna vnitas ergo eadē rōne partes lapidis seipsis sunt vnū sicut vn⁹ lapis sunt ¶ Sexto sic capiatur vna amphora aq̄ et misceatur mari magno: tūc arguit sic aggregatū ex mari magno ⁊ ex amphora apposita faciūt ꝑ se vnā totalē aquā: vel ḡ faciūt vnā totalē aquā seipsis ita ꝙ seipsis sūt vna aq̄: et sic habet ꝓpositū: vel faciūt vnā

aquã p vnitatẽ de nouo genitã: et sic habetur q p appositionẽ vni⁹ ãphore aq̃ totũ mare alteratur suscipiẽdo accidens qđ dr vnitas qđ est manifeste absurdũ: g vnũ qđ est passio entis nõ dicit entitatẽ distictã ab ente siue supadditã enti. ¶ Scđa conclusio vnũ vt ẽ pncipiũ numeri nõ dicit entitatẽ supadditã rei vne ꝓbat ista ꝯclusio oẽ vnũ ẽ vnũ vnitate entis: ⁊ hoc sufficit ad hoc q sit vnũ: ⁊ vnitas entis nõ dicit vnitatẽ distinctã ab ente: g nec vnũ vt ẽ pncipiũ numeri dicit entitatem distinctam a re vna. ¶ Scđo ꝓbat lapis q̃ est p̃cise vn⁹ vnitate entis ⁊ cũ ãgelo vl' alio ente sũt duo quocũq alio secluso: g vnũ qđ est pncipiũ numeri non ĩportat entitatẽ supadditã rei q̃ est vna. ¶ Tertio sic capio illã vnitatẽ p quã vnũ qđ est principiũ nũeri est vnum: querit vl' ẽ vna p se vel p aliã: nõ p aliã vnitatẽ q2 sic esset ꝓcessus in infinitũ: si seip̃a est vnũ ⁊ si ip̃a cum alia re sũt duo: ergo etiã vnũ qđ est principiũ numeri seipso ẽ vnũ. ¶ Quarto sic posito q de⁹ separet illã vnitatẽ ab vno qđ est principiũ numeri: nõ min⁹ illud est vnũ q̃ dũ habebat illã vnitatẽ ⁊ nõ mi n⁹ ip̃m ⁊ aliud sũt duo q̃ cũ habebat illã vnitatez: g frustra addit ei illa vnitas: g vnũ qđ est pncipiũ numeri seip̃o ẽ vnũ: ergo nõ dicit vnitatẽ dstinctã a re q̃ est vna Vñ oẽs rõnes probantes pmã conclusio nẽ probãt etiã secũdã. ¶ Tertia conclusio numerus non est aliud a reb⁹ numeratis ista conclusio ꝓbatur sic: q2 si numerus eẽt aliud a reb⁹ numeratis: seq̃retur q nunq̃ esset binari⁹ nisi esset ternari⁹: ⁊ q nunq̃ esset ternari⁹ nisi esset quaternari⁹: et sic nunq̃ esset binari⁹ quin esset numer⁹ ali⁹ infinitus: ꝓbatur ꝯseq̃ntia q2 capio duas res: sc3 sortem et platonẽ: tũc arguitur sic: binarius illaꝝ rerũ non est sortes ⁊ plato s3 quoddã accidẽs capio illđ accidẽs ⁊ sit b. tũc arguit sic b. ⁊ sortes ⁊ plato sũt tres res: ergo ibi est ternari⁹ tenet cõsequẽtia q2 nũq̃ sũt tres vnitates qui sit ternarius ergo quotiẽscũq est binari⁹ est ternarius ⁊ vlteri⁹ ẽ ternari⁹: ⁊ ille tres vnitates: ergo est quaternari⁹: ⁊ sic in infinitũ ergo nunq̃ ẽ aliqs numer⁹ quin ibi sit ali⁹ infinit⁹ qđ manifeste est falsũ Et si dicatur q illa entitas q̃ est binari⁹ nõ ponit in numerũ: hoc est manifeste falsũ: ꝓbatur sic: quia ille binari⁹ p te est verũ accidẽs extra aĩaz: ergo ip̃m cũ aliis duab⁹ reb⁹ ꝯstituũt ternariũ: ergo ille binari⁹ ponit ĩ numeꝝ: ergo nũq̃ ẽ binari⁹ nisi sit ternari⁹: nec ternari⁹ nisi sit binari⁹: qđ ẽ absurdũ. ¶ Scđo sic: si numer⁹ eẽt entitas distincta a reb⁹ numeratis: vel eẽt substãtia vel accidens nõ substãtia vt notũ est: sed q non sit accidẽs: ꝓbatur sic: q2 vel esset accidẽs diuisibile vl' indiuisibile: nõ indiuisibile: q2 tunc aliqđ accidẽs indiuisibile esset in duobus lapidib⁹ qđ ẽ falsum: s3 qđ nõ sit accidẽs diuisibile extensiue ꝓbatur sic: q2 sequeretur q aliqđ accidens diuisibile extensiue esset in angelo: nã ex duob⁹ angelis ꝯsurgit binari⁹: ⁊ ille binari⁹ est accidẽs p te ergo est in aliq̃ subiecto: et nõ nisi in illis reb⁹ numeratis cũ nõ videatur vbi esset: ergo est in illis reb⁹ numeratis: g accidẽs diuisibile extensiue ẽ in re indiuisibili qđ est manifeste falsũ. Si dicatur q binari⁹ angelorũ nõ est accidẽs sed ẽ duo ãgeli: ergo habetur ꝓpositum q numerus est res numerate. ¶ Tercio sic: si numerus est accidẽs distinctũ a reb⁹ numeratis: seq̃ret qđ idẽ accidens eẽt in duob⁹ subiectis valde distãtib⁹: ꝓbatur ꝯsequẽtia sic: hõ q̃ est in india ⁊ petr⁹ q̃ ẽ parisi sũt duo hoĩes: g ibi binari⁹ ẽ: queritur vel ille binari⁹ ẽ subiectiue ĩ hoĩe q̃ ẽ parisi vl' in hoĩe q̃ ẽ in india: nõ ẽ dicẽdũ q ẽ subiectiue in hoĩe q̃ ẽ parisi cũ nõ sit maior rõ quare esset in illo q̃ in hoĩe q̃ ẽ in india: nec econuerso: g si ille binari⁹ sit accidẽs: ẽ subiectiue in petro q̃ est parisi ⁊ in hoĩe q̃ ẽ in india: g idẽ accidẽs erit subiectiue ĩ duob⁹ subiectis valde distãtib⁹ qđ ẽ ꝯtra oẽm bonã disciplinã naturalẽ. Si dicatur q vna pars illi⁹ binarii ẽ in hoĩe q̃ est parisi: et alia pars ẽ in hoĩe qui ẽ in india: arguitur sic: vl' ille binari⁹ habet partes extensiuas vl' discretiuas si habet partes extensiuas: ergo ẽ quantũ continuũ: cũ omne habens partes extensiuas sit q̃ntũ cõtinuũ: ergo ille binarius esset extẽsus vsq ad indiam: qđ ẽ absurdum Si habet partes discretiuas: vel ergo ille partes sũt vnũ vel plures vnitates non põt dici q sũt vnũ: q2 tunc quilibet binarius eẽt diuisibilis in numeros quod est falsũ: probatur sic: quia ille binarius diuideretur in duas partes: ⁊ tũc sequeretur q ex illis partibus consurgit alius binari⁹ quod est falsum: et si dicatur q ille due vnitates seipsis sunt binarius: ergo eodem modo sortes et plato seipsis sunt binari⁹. ¶ Quarto sic: oĩs q̃titas p te est accidẽs absolutũ: et oĩs numer⁹ [illegible] q̃titas: g oĩs numer⁹ est accidẽs absolutũ: vlteri⁹ oĩs numer⁹ ẽ accidẽs absolutũ: ⁊ oẽ accidẽs absolutũ est in aliquo subiecto naturaliter: ergo oĩs numer⁹ est in aliq̃ subiecto naturalit': ergo binari⁹ q̃ cõsurgit ex hoĩe q̃ est in india ⁊ ex hoĩe q̃ est parisi

est in aliquo subiecto: ⁊ nō est dicendum ꝙ
5° magis sit in vno illoꝝ ꝙ̄ in alio: ergo nume-
rus nō est aliud ꝙ̄ res numerate. ¶ Quin-
to sic angelꝰ gabriel ⁊ vnū lignū ꝯstituūt
binariū: ita ꝙ ex illis duobꝰ ꝯsurgit bina-
riꝰ: tūc quero vel ille binariꝰ est accidēs in-
diuisibile: ⁊ si sic vel est subiectiue in ange-
lo vel in ligno: nō est dicēdū q in āgelo: q2
nulla est rō quare magis in angelo ꝙ̄ in li-
gno: nec est dicendū ꝙ ille numerꝰ est in li-
gno: q2 nullū accidēs indiuisibile est in li-
gno: cū lignū sit substātia pure materialis:
nec est dicēdū ꝙ illud accidēs sit in vtroq3
sc3 in angelo ⁊ in ligno: q2 tūc idē accidēs
esset in celo ⁊ in terra naturaliter qđ apte
stolidū est dicere. Similiter tale accidēs est
indiuisibile: ⁊ est quātitas cū sit numerus:
ergo aliq̄ quantitas est indiuisibilis qđ est
absurdū. Et dicat ꝙ ille binariꝰ gabrielis
⁊ ligni non est aliud ꝙ̄ ille due vnitates si-
ue ꝙ̄ ille due res numerate: ergo eodē mo-
do dicēdū est in oībꝰ aliis: cū nō posset da-
ri maior rō de vno ꝙ̄ de alio. Si dicatur ꝙ
est accidens diuisibile: sequeretur ꝙ acci-
dēs diuisibile est in āgelo ⁊ in ligno subie-
ctiue qđ apte est falsum. Similiter seq̄ret vt
priꝰ ꝙ idē accidēs est in celo ⁊ in terra: vel
6° ꝙ vna pars ē i celo ⁊ alia i terra: ⁊ tñ ille
partes cōponūt vnū totū accidēs qđ ē fal-
sum. ¶ Sexto sic: si numerus distingueret a
rebus numeratis sequeret ꝙ in hoīe essent
actu infinita accidētia specie differētia: sed
hoc est falsū: ergo illud ex quo sequit: pbat
ꝯsequētia q2 in corpe hoīs sūt actualiter in-
finite partes eiusdē ꝓportionis cōiuncte: q̄
cōponūt vnū ꝯtinuū: vt patet ꝑ aristotelē
sexto phisicoꝝ: hoc supposito arguitur sic:
digitꝰ hoīs ⁊ vna pars hoīs ꝯponūt bina-
riū ergo ille binariꝰ est in hoīe vel aliqua
parte hoīs: ⁊ idē digitꝰ ⁊ due alie partes
ꝯponūt ternarium: ergo in hoīe est subiectiue
ternariꝰ vel in aliq̄ parte hoīs: ⁊ sic infini-
tū cū in hoīe sint infinite partes eiusdē ꝓ-
7° portiōis: ergo in hoīe actualiter sunt accidē-
tia infinita specie differētia nō facientia
vnū totū: qđ est manifeste falsū. ¶ Septi-
mo sic: partes numeri debent esse distincte
⁊ discrete ad seinuicē: vt patet ꝑ aristotelē
in p̄dicamento quātitatis: sed si nūerꝰ esset
quoddā accidēs distinctū a rebꝰ numera-
tis partes numeri non essent distincte ⁊ se-
parate ad seinuicē: ergo numerꝰ nō est ta-
le accidens: minor pbat q2 partes numeri
cōponūt vnū totale accidēs: ergo nō sūt di-
screte ⁊ separate ad seinuicē: pbat ꝯsequē-
tia q2 illa q̄ cōponūt vnū nō sūt discreta et
separata a seinuicē: nā aliter partes ꝯtinui

essent discrete ⁊ sep̄ate a seinuicē. ¶ Octa- 8°
no sic: trinitas personaꝝ in diuinis est ve-
rus nūerus: cū essentia diuia vere ⁊ reali-
ter sit tres ꝑsone quaꝝ vna nō est alia: ⁊ tñ il-
le numerꝰ ꝑsonaꝝ nō est aliud ꝙ̄ ille tres
persone: vt patet ꝑ fidē catholicā: q2 in di-
uinis ꝑsonis nullū est accidēs: ergo nume-
rus non est aliud ꝙ̄ res numerate: ⁊ ꝑ con-
sequens ita dicendum est in oībꝰ aliis rebꝰ
¶ Nono sic: essentia diuia ⁊ lapis sūt due 9°
res. ergo ibi est binarius: ⁊ tñ ille binariꝰ
nō est aliud ꝙ̄ ille due res: ergo numerus
est res numerate: minor pbatur: q2 si esset
accidēs esset subiectiue in illis duabꝰ rebꝰ
ergo esset subiectiue in deo: quod est euidē-
ter falsū. ¶ Decimo sic: oē accidēs deꝰ pōt 10
separare a suo subiecto: sed nūerus ꝑ se est
accidēs: ergo numerū deꝰ pōt separe a suo
subiecto: hoc supposito: capio binariū qui
cōsurgit ex duobꝰ lapidibꝰ: et separet deꝰ
illū binariū ab illis duobꝰ lapidibꝰ: q̄ facto
quero vel illi lapides sunt duo lapides vel
nō: nō est dicendū ꝙ nō: q2 vel illi lapides
sūt duo lapides vel vnꝰ vel nihil: nō est di-
cēdū ꝙ vnꝰ: q2 tūc seq̄ret ꝙ deꝰ ꝑ separatio-
nem accidētis necessitaret de vna substātia
facere aliā substātiā: qđ est falsū: nec ē di-
cēdū ꝙ nichil: q2 tūc deꝰ necessitaret destruē-
do accidēs destruere substantiā: qđ est fal-
sum: ergo si sunt adhuc duo sunt: ⁊ nō ꝑ en-
titatē supadditā: cū deus illā separauerit:
ergo seipsis duo sunt: ergo frustra ponit il-
la entitas in rebꝰ nūeratis: ergo res nūerate
seipsis sunt numerus. Relinquit ergo ꝙ nūe-
rus nō est aliud ꝙ̄ res numerate. Unde illud
nomen numerus dupliciter accipit. Uno mō
ꝓ omi multitudine reꝝ: siue ille res sint se-
parate siue nō: ⁊ illo mō partes in ꝯtinuo
pñt dici numerus. Alio mō capit numerus
ꝓprie sc3 pro multitudine rerū quarū vna
est discreta ⁊ separata ab alia: et sic multi-
tudo angeloꝝ est nūerꝰ ⁊ multitudo hoīm
siue lapidū est numerus: ⁊ sic de aliis rebꝰ:
nam opinari numerū distingui a rebꝰ nu-
meratis est insanire in philosophia natu-
rali: ⁊ in oī disciplina. Et ad rōnes ante
oppositū. ¶ Ad primā cōceditur maior: sc3
ꝙ istud nomē nūerꝰ est species quātitatis
⁊ cōceditur etiā minor: sc3 ꝙ sepe res nūe-
rate sunt species: et sunt spēs substātie: vt
isti termini hō ⁊ asinus sunt res nūerate:
⁊ sūt species substātie: ⁊ negat ꝯsequētia:
quia nō oēs species quātitatis differūt a
speciebꝰ alioꝝ p̄dicamentoꝝ ex parte reꝝ
significatarum: sed ex parte modoꝝ signi-
ficādi: nā licet iste due species hō ⁊ asinus
sint numerus: nō tñ sunt in predicamento

quātitatis tanq̄ signa significatiua: sed bene tanq̄ res significate ꝑ istud nomen numerus: cū collectiue significentur ꝑ istud nomen numerus. ¶ Ad scd̄am negat̄ maior. et hoc capiendo istud nomen numerus ꝑsonaliter. imo omnis numerus est multe res. ¶ Ad tertiā conceditur maior et etiam minor: ⁊ negatur cōsequentia. q꞉ tres res que sunt eiusdem speciei sunt ternarius et due que sunt eiusdē speciei cū illis sunt binarius. ⁊ ille terminus ternarius et binarius differūt specie nūeri inter se: licet nulla illarum rerum specie essentiali differat ab alia. ¶ Ad quartā distinguitur maior: vel capiendo illud nomen accidens vt est terminus scd̄e intentionis: ⁊ istud nomen numerus simpliciter. et sic conceditur vel capiendo istud nomen accidens vt est terminus prime intentionis: et istud nomen nūerus ꝑsonaliter: et sic conceditur ista indefinita numerus est accidens. nā numerus duaꝝ albedinū est accidens siue accidentia: q꞉ est due albedines que sunt accidentia sed negatur ista vniuersalis omnis numerus est accidēs. nā numerus duorum hominū non est accidens vel accidentia: sed est substantie: cum sit duo homines qui sunt substantie. ¶ Ad quintā distinguitur maior: vel capiendo istud nomen numerus simpliciter ⁊ sic cōceditur: vel personaliter et sic negatur: nā in ista propositione numerus est subiectum arismetice: istud nomē numerus tenetur simpliciter pro seipso tēto alibi personaliter: vt patet scienti aliquid in logica ¶ Ad sextā distinguitur maior: vel q̄ ille res que sunt numerus causētur ex diuisione continui: et sic negatur vel q̄ ille que prius non erant numerus ꝓprie dictus: incipiant esse nūerus per diuisionē continui: ⁊ sic cōceditur. nam quamdiu partes erant vnite in cōtinuo nō erāt numerus proprie dictus: cum non essent separate abinuicē: s꞉ per separationē incipiunt ille partes denominari nūerus ꝑ solā separationem partiū continui. ¶ Ad septimā negatur antecedens. ⁊ ad ꝓbationem eius conceditur antecedēs: et negatur consequentia: q꞉ nō omne ꝑdicabile secūdo modo importat rem distinctam a suo subiecto. nam anichilabile est predicabile scd̄o modo de creatura ⁊ tam̄ non importat aliquā rē distinctam a creatura. ¶ Ad octauā distinguitur ꝯsequens vel q̄ numeri inequales essent eiusdē speciei essentialis: ⁊ sic conceditur: vt duo homies ⁊ tres homines sunt eiusdem speciei essentialis hoīs. vel q̄ sint eiusdē speciei nūeri: et sic negatur. ¶ Ad nonā distinguitur antecedens vel capiendo istud nomen quātitas vt est terminus prime intentionis: ⁊ sic cōceditur vel capiendo istud nomen quantitas vt ē terminus scd̄e intētionis ⁊ sic negatur. et ad probationem falsitatis consequētis: distinguitur maior vel capiēdo istud nomen accidēs ⁊ istud nomē quātitas vt sunt termini scd̄e intētionis: ⁊ sic cōcedit̄ vel vt sunt termini prime intētionis et sic negat̄. ¶ Ad decimā conceditur ꝯsequentia. ⁊ negatur falsitas cōsequentis: et ad probationē cōceditur antecedēs ⁊ negatur cōsequentia: q꞉ l꞉ iste due quātitates continue sint numerus: nulla tamen quantitas cōtinua inquantū continua est numerus: proprie capiendo istud nomen numerus. ¶ Ad vndecimā conceditur consequētia: ⁊ negatur falsitas ꝯsequētis. ⁊ ad ꝓbationem eius negatur cōsequentia: q꞉ licet videat multitudinem que est numerus nō tñ ex hoc sequitur: q̄ manifeste indicet q̄ ille numerus ē cētenarius vel millenarius. nā quis bene potest videre numerum absq꞉ hoc q̄ indicet q̄ ille numerus est centenarius vel millenarius ¶ Ad duodecimam concedit̄ maior: ⁊ etiam minor: et negatur ꝯsequentia: q꞉ ex hoc nō sequitur q̄ numerus nō sit res nūerate: s꞉ bene sequitur q̄ nullus terminꝰ alioꝝ predicamentorum ꝑ se est dicibile ꝑdicamenti quantitatis. ⁊ hoc est verū. ¶ Ad decimamtertiam negatur antecedēs. ⁊ ad ꝓbationem eius distinguit̄ antecedēs: vel q̄ non sit nūerus vnitatū: q̄ vnitates nō sunt vna sola simplex res ⁊ sic cōceditur: vel q̄ non sit numerus vnitatū numeroꝝ sufficiētiū ad hoc q̄ sint numerꝰ: ⁊ sic negatur. ¶ Ad decimam quartā cōceditur ꝯsequentia. ⁊ negat̄ falsitas ꝯsequentis. ⁊ ad ꝓbationē dicitur q̄ aristoteles nō vult q̄ bis tria non sunt sex coniunctim: s꞉ vult q̄ sex non sunt bis tria diuisiue. ¶ Ad decimāqntam conceditur ꝯsequētia ⁊ negatur falsitas ꝯsequētis et ad ꝓbationē eius cōcedit̄ de rigore q̄ numerus nichil est. verūtñ l꞉ non omis numerus sit aliqd sub ratione nūeri: tamen est aliqua vt numerus duoꝝ lapidum non est aliquid: tñ est aliqua. q꞉ ē duo lapides.

Queritur septimo vtrū quātitas continua pure rei materialis sit res q̄nta. Et arguitur primo q̄ non: ⁊ hoc sic. aliqua res quāta est substātia. et quantitas est accidēs ergo quantitas ꝯtinua nō est res quāta. ¶ S꞉do sic: quātitas est ꝑdicamentū distinctū a ꝑdicamēto substantie. ergo nulla quātitas ē substātia: ⁊ ꝑ ꝯsequens quā=

titas non res quãta. ¶ Tercio sic: quanti-
tas non hʒ contrariũ. ⁊ aliq̃ res quãta hʒ
contrariũ. ğ quantitas nõ est res quanta
¶ Quarto sic: quãtitas nõ suscipit magis
⁊ minus. ⁊ aliq̃ res quanta suscipit magis
et minus: vt puta caliditas. ğ quantitas
nõ est res quanta. ¶ Quinto sic: quantitas
ē per se diuisibilis. ⁊ nulla substãtia ē per
se diuisibilis. ğ nulla quãtitas ē res quan
ta ¶ Sexto sic ad quãtitatē est ꝑ se motus.
⁊ ad substantiam non est ꝑ se motus. ğ nul
la quãtitas ē substantia. ¶ Septimo sic:
si quãtitas esset res quanta sequeretur ꝙ
grõatio asini esset mot⁹ ad quantitatē: sed
hoc est falsum. ergo illud ex quo sequitur.
¶ Octauo sic: ratio finiti vel infiniti quan
titati cõgruit: ⁊ non cõgruit substantie: vt
dicit aristoteles in p̃mo phisicoꝝ. ğ nulla
quantitas est res quanta. ¶ Nono sic: si
qualitas materialis esset quantitas cõti-
nua. seq̃retur ꝙ due quãtitates continue
essent penetratiue in eodē: sʒ hoc est falsũ
ergo illud ex quo sequitur. Probatur conse
quentia: q2 albedo et dulcedo lactis sunt
quãtitates ꝯtinue ꝑ te. ⁊ sunt penetratiue
in lacte ğ quantitates ꝯtinue se habēt pe
netratiue. ¶ Decimo sic: si qualitas mate
rialis eēt quãtitas: sequeret̃ ꝙ lumen esset
corpus: sʒ hoc est falsũ. ğ illud ex quo sequi
tur. pbat̃ falsitas ꝯsequentis: q2 si lumen
esset corp⁹. sequeretur ꝙ duo corpora essēt
penetratiue in eodē loco: scʒ aer et lumen
sed hoc ē falsũ. ğ lumen nõ est corp⁹. Pro
batur falsitas ꝯsequētis ꝑ aristotelē scđo
de aĩa arguentē contra antiquos: qui di-
cebant lumē esse corpus diffusũ a corpe lu-
cido. ¶ Undecio sic: ista est propositio im-
mediata nulla quãtitas est substantia: vt
pʒ per aristotelē in p̃mo posterioꝝ. ulteri-
us est vna imediata in qua vnum genus
generalissimum negat̃ de alio. ğ est vera.
¶ Duodecimo sic: quãdo quis trahit arcuʒ
quãtitas arcus extēditur. ⁊ arcus compri
mitur. ğ quãtitas cõtinua nõ est res quan
ta. ¶ Decimotertio sic: substantia pure ma
terialis manet quãtitate quam prius ha-
bebat destructa. ğ quãtitas nõ ē res quan
ta. Antecedens pbatur de cera bipedali
que per ꝯpressionem fit pedalis. nam tunc
quãtitas bipedalis destruit̃: ⁊ tñ cera non
destruit̃. ¶ Decimoquarto sic: aristoteles
cõtra ãtiquos ꝯcludit ꝙ si quãtitas et sub
stãtia sũt plura sunt q̃ sunt. ğ quãtitas cõ
tinua nõ est res quanta. ¶ Decimoquinto
sic: ꝑ rarefactionē acquirit aliquid ⁊ non
substãtia: neq3 qualitas. ğ acq̃ritur quãti
tas. ğ quãtitas nõ est res quanta. ¶ Deci
mosexto arguitur sic in vesica plena aere
cuius orificiũ est obstructũ aliquid resistit.
⁊ nõ aer cũ ille possit esse sub minori quan
titate. neq3 ei⁹ qualitates resistũt. ğ quãti
tas aeris resistit. ğ quãtitas nõ ē res quan-
ta. ¶ Decimoseptimo sic: in sacramento al
taris post consecrationē quãtitas manet.
⁊ tñ substantia panis non manet: ğ quan
titas non est res quãta. ¶ Decimooctauo
sic: quãtitas nullius est actiuitatis. ⁊ sub-
stantia materialis vel qualitas: est alicu-
ius actiuitatis. ğ quãtitas nõ ē res quãta.
¶ Decimonono sic: accidētia sunt imme-
diate subiectiue in quantitate. ⁊ non sunt
subiectiue immediate in substantia. ergo
quantitas continua non est res quanta.
¶ Uicesimo sic: si quantitas esset res quan
ta sequeretur ꝙ corpus de predicamento
substãtie ⁊ corp⁹ de p̃dicamēto quantitatis
nõ differrent: sʒ hoc est falsũ. ğ illud ex quo
sequitur. Probat̃ falsitas consequentis. q2
species diuersoꝝ p̃dicamentoꝝ debēt esse
distincte. ¶ Uicesimoprimo sic: auctoritate
beati augu. quinto de trinitate capitulo
decimo dicentis in rebus enim que partici
patione magnitudinis magne sunt: q̃bus
est aliud eē magnas aliđ esse sicut magna
domus ⁊ magn⁹ mons. ⁊ magnus anim⁹
in his ğ rebus aliud est magnitudo aliud
qđ ab ea magnitudine magnũ est. ex quo
dicto pʒ ꝙ scđm ipsum: magnitudo non est
res magna: ğ quãtitas ꝯtinua non ē res
quãta. ¶ Uicesimo scđo sic. magnitudo est
subiectum geometrice et tamen res quan-
ta siue magna nõ est subiectũ geometrice
ğ magnitudo nõ est res quanta. ¶ In op-
positũ arguitur: omne equale vel inequale
est quãtitas: sʒ res quãta quocunq3 accidē
te secluso est eq̃lis vel ineq̃lis. ergo res quã
ta est quãtitas. ¶ Pro solutione questiõis
primo notandũ est ꝙ quantitas ꝯtinua ē
res diuisibilis in partes extensiuas. Unde
dicit̃ in partes extensiuas q2 ad hoc ꝙ sit
quantitas cõtinua: non sufficit ꝙ partes
materiales sint vnũ: sed cũ hoc requiritur
ꝙ partes situaliter distēt: ita ꝙ vbi situa
tur vna in toto ibi non situet̃ alia ex quo
pʒ ꝙ corpus xp̃i in sacramento altaris nõ
est vnũ continuũ: cum partes eius in sacra
mento altaris non situentur extra se inui-
cem: ⁊ ꝑ consequens corpus xp̃i in sacra-
mento altaris nõ est corpus de genere quã
titatis. nã ad hoc ꝙ aliquid sit corpus de
genere quãtitatis requirit̃ ꝙ partes eius
situaliter distent: cum omne tale sit lon-
gum latũ ⁊ profundũ ex quo patet ꝙ ali-
quid est corpus de genere substantie: quod

in eodē loco non est corpus de genere quā titatis: vt patet de corpore xp̄i in sacramē to altaris: qđ est corpus de genere substā tie: cum sit compositū ex materia ⁊ forma. et tñ in sacramento altaris nō est corpus de genere quātitatis. ¶ Scđo patet ꝙ ali quid est corpus de genere quātitatis: qđ non est corpus de genere substātie. Proba tur q: materia ligni est corpus de genere quātitatis: cū per suas partes integrales sit res longa lata ⁊ profunda. ⁊ tamē nō est corpus de genere substantie: cū non sit cōpositū ex materia et forma. modo omne corpus de genere substātie est compositum ex materia et forma. Similiter ois forma pure materialis: siue sit substantialis siue accidētalis: que naturaliter existit est cor pus de genere quātitatis: cū ois talis sit per suas partes integrales longa lata et profunda. ⁊ tñ nulla talis est corp⁹ de ge nere substantie. ¶ Tertio patet ꝙ omne continuum contingēter est continuū. Pro batur: q: omne tale pōt esse: ⁊ non erit cō tinuū. nam nullū est cōtinuum quin deus illud possit facere esse diffinitiue in loco: si cut facit corpus christi in sacramento al taris esse diffinitiue in hostia. ergo omne continuum potest esse et nō erit continuū. ergo tale contingenter est continuum.

¶ Secundo notandum ꝙ prout magnitu do est extēsa in longum ipsa dicitur linea: et prout est extensa in latum ipsa dicitur superficies siue latitudo: et prout est exten sa in longum latum et profundum ipsa di citur corpus. nā licet ista nola linea super ficies ⁊ corp⁹ sint distincte species: eo ꝙ ha bent diuersas cōnotationes. tamē suppo nunt pro eadē re: vt dixi in predicamētis. Sed contra hoc arguitur sic: sequeretur ꝙ lōgitudo rei esset eius latitudo: sed hoc est falsum ergo illud ex quo sequitur. Proba tur falsitas consequentis. quia tunc seque retur ꝙ corpus longum per centum pedes et latum per quattuor est latum per centū pedes. Probatur sic arguendo: hec longitu do est centum pedum. et hec longitudo est hec latitudo. ergo hec latitudo est centum pedum. ergo illud corpus est latum per cē tum pedes et non est latum per centū pe des: cum solum sit latum per quattuor pe des (per positum) quod implicat contradi ctionem. Ad hoc respondetur concedendo consequentiam: et negatur falsitas conse quentis. ⁊ admisso casu negatur consequē tia et ad probationem eius: distinguitur ꝙ bene sequatur: vel si illud adiectiuum centum habet pro substantiuo in conclusio ne et in maiore illud substantiuum longi tudo: et sic conceditur ꝙ bene sequatur: et sicut premisse sunt vere ita et conclusio. nā sensus conclusionis est: hec latitudo est lon gitudo centum pedum: modo ille sensus est verus. vel si li centum habet pro substanti uo li latitudo in cōclusione et etiam in ma iore: et sic bene sequitur: sed sicut conclusio est falsa: ita et maior: cum sensus maioris tunc sit talis: hec lōgitudo est latitudo cē tum pedum: modo ille sensus est falsus vel si li centum habet pro substātiuo in maio re li longitudo: ⁊ in cōclusione habet ꝓ sub stantiuo li latitudo: ⁊ sic negatur ꝙ bene sequatur: imo cōmittit fallacia accidentis penes variationē maioris extremitatis.

¶ Prima cōclusio quātitas continua pure rei materialis est res quāta: ita ꝙ nō est accidēs supadditū rei magne: ꝓbatur pri mo sic ista cōclusio: q: si esset accidēs super additū rei quāte: deus pōt illud accidens sine motu locali rei quante separare a re quāta: ⁊ pono ꝙ deus separet illā quātita tē supadditā rei quante a tota terra: facta tali separatiōe: quero vel adhuc terra ha bet partes extra seinuicem situalit distin ctas vel non: si dicatur ꝙ non: ergo deus non separauit illud accidens quod dicis esse quantitatem continuam sine motu lo cali terre: quod est cōtra casum: si dicatur ꝙ partes terre situaliter distant sicut pri⁹ ergo terra adhuc est continua: et non per aliquod accidens: cū illud deus per casum separauerit: ergo seipsa siue per suas par tes est continua: ergo terra est illa quanti tas cōtinua: ergo frustra ponitur tale ac cidens: cum ipsa sine ipso sit continua: er go quantitas continua pure rei materia lis est res quanta.

¶ Secundo sic. supposito ꝙ deus separa uerit illud accidens superadditum quod tu ponis quero vel hoc facto tota terra co existit cuilibet parti loci eius vel non: si nō: ergo deus non separauit illam quantita tem quā ponis sine mutatione locali ipsius terre: quod est contra suppositum: si vero terra coexistit toti loci eius: vel est tota in toto loco et tota in qualibet parte: sed hoc non est dicēdum: quia tunc esset in loco dif finitiue: ergo deus non separauit illud ac cidens sine mutatione locali ipsius terre quod est falsum: vel est tota in toto ⁊ pars in parte loci: et si sic partes eius situa liter distant ita ꝙ sunt extra seinuicem situate et continue: ergo adhuc tota ter ra est vnum continuum: ergo frustra poni tur tale accidens: cum sine eo terra non

minus sit extensa. ¶ Tertio sic: capio duo
ligna bipedalia: et volo q deus separet il
lā quātitatē quā tu ponis ab illis lignis:
quo facto quero. Uel tali separatione fa:
cta illa ligna sunt equalia vel no: si nō: er
go illa ligna sunt mutata quo ad partes
eorū: quod est cōtra suppositionem: si sunt
equalia: ergo ibi nō est equalitas q̄ est ac:
cidens: sed seipsis sunt equalia: ergo fru:
stra ponit illud accidens vt sint equalia.
¶ Quarto sic. cōmentator dicit in libro de
substātia orbis: q dimēsiones sunt coeter:
ne ipi materie: sed nullū accidēs est coet:
num ipi materie in istis inferioribus: cum
omne tale sit corruptibile: ergo ille dimen
siones nō sunt aliud q̄ ipsa materia: cū in
materia nichil aliud sit perpetuū ab ipsa
materia. ¶ Quinto sic: albedo est accidēs
materiale: ergo quocunq̄ alio secluso ha:
bet ptes situaliter distātes vel nō: si nō: er
go nō magis est accidēs materiale q̄ sciē:
tia: qd est manifeste falsum: si sic: ergo fru:
stra poneret quātitas albedinis distincta
ab albedine. ¶ Sexto sic: omnem formam
accidētalē distinctā specie ab alia deus po
test separare ab alia sine mutatiōe locali
alterius: nam deus in sacramēto altaris
transubstātiat panē sine mutatiōe accidē
tiū: ergo et illud pōt: sed per te quantitas
in sacramēto altaris est alia res ab albe:
dine: ergo illā quātitatē deus pōt anichi:
lare sine mutatione locali albedinis: po:
nat inesse: tunc quero: vel partes albedi:
nis situaliter distāt vel nō: si dicat q nō: er
go deus nō anichilauit quātitatē sine mu
tatione albedinis qd est manifeste cōtra
casum: si adhuc partes albedinis situalit
distant: ergo frustra ponit illa quantitas
vt p eā partes albedinis distant: ergo quāti:
tas cōtinua pure rei materialis est ipsa res
quāta. ¶ Septimo sic. quātitas quā tu po:
nis est accidēs extēsum: ergo vna pars est
in vna parte subiecti et alia in alia pte sub:
iecti: ergo partibus illis quantitatis corre:
spōdēt partes subiecti: ergo ille partes si:
ne illa quātitate situalit distāt: ita q vna
pars est in vno loco et alia pars in alio loco
ergo illa quantitas est circūscriptiue in lo
co: eo q suum subiectū est circūscriptiue in
loco: ergo secluso illo accidente qd tu dicis
esse quātitatē nō minus illud subiectū est cir:
cūscriptū in loco: ergo frustra ponit quan
titas distingui a re quāta. ¶ Scda cōclu:
sio: aliqua res quāta non est sua quātitas
cōtinua. pbatur q hō est res quanta: et tn̄
hō non est sua quātitas continua: pbatur
q quātitas hois est materia hois: cū hō

non sit extensus nisi ratione materie: mō
materia hois nō est hō: ergo aliq̄ res quā:
ta non est sua quātitas cōtinua. Unū dupli
ces sunt res quāte composite ex materia et
forma. Nā quedā sunt q̄ sunt extēse ex par
te materie et ex parte forme sicut est asinus
nā materia asini per suas partes integra
les est extēsa: et forma asini est p suas par
tes integrales extensa quocūq̄ alio seclu:
so: et sic dicendū est de similibus: et in talis
bus quātitas cōtinua est res quāta: cū sit
materia et forma q̄ sunt res extense. Alie
sunt res quāte cōposite ex materia et for
ma: q̄ sunt extense ex parte materie et non
ex parte forme: vt res q̄ est hō: est quanta:
cū sit res lōga lata et pfunda: et nō est res
extensa ex parte anime rationalis: cū illa
sit forma indiuisibilis: sed solū res q̄ est hō
est res extēsa ex parte materie: cum hō ha
beat materiā tanq̄ partē essentialē q̄ est
extensio ipsius hois: ergo aliqua res quan:
ta nō est sua quātitas cōtinua siue aliqua
est dabilis magnitudo q̄ nō ē res magna
cuius est magnitudo. Et ad rōnes aī op:
positū. ¶ Ad primā concedit maior: et distin:
guit minor: q istud nomen quātitas sit ac
cidēs capiēdo istud nomē accidens vt est
terminus secūde intētionis et sic conceditur
Uel capiendo illud nomē accidēs vt est ter
minus prime intētionis: et istud nomē quā:
titas psonaliter et sic cōcedit ista indefini:
ta quātitas est accidēs: nā albedo est quā
titas cōtinua vt pbatū est: et est accidens:
sed negat ista vniuersalis omis quātitas
est accidens: nā corpus hois est quātitas
et tn̄ nō est accidēs: et negatur cōsequentia
¶ Ad scdam cōcedit antecedēs et negatur
cōsequētia: q predicamēta nō distinguun
tur penes res significatas. cum dabilis sit
aliqua res q̄ est obiectiue siue tanq̄ res si
gnificata in oibus predicamētis: sed disti
guūtur predicamēta penes modos signi:
ficandi essentiales et formales: modo licet
ois substātia pure rei materialis sit quan
titas cōtinua siue magnitudo: tn̄ ista nola
q̄ sunt predicamēta: substātia et quātitas
habent diuersos modos significandi essen
tiales et formales: et hoc sufficit ad hoc q
sint distincta predicamēta. ¶ Ad tertiam
distinguit maior: q ista ppositio quātitas
non h3 cōtrariū dupl'r capit. Uno mō vt li
quātitas est terminus scde intētiōis: et sic il:
la ppietas est vniuersalit vera: vt diffuse
declaraui in predicamētis. Uel si istud no:
men quātitas capiatur vt est terminus pri:
me intentionis: et sic ista indefinita est ve:
ra quātitas habet cōtrariū: nā caliditas

est quantitas cōtinua. habet contrariū: et etiā ista quātitas nō habet contrariū est etiam vera. nā materia est quantitas: et non habet contrariū. sed ista vniuersalis est falsa: nulla quātitas habet contrariū: vt ly quātitas est terminus p̄me intentionis. ¶ Ad quartam distinguit̄ maior: vel capiendo istud nomen quantitas vt est terminus secūde intentiōis: et sic cōcedit̄. nā nullus terminus de p̄dicamēto quantitatis predicat̄ cū illis aduerbiis magis et minus. vel capiendo istud nomen quantitas vt est terminus prime intentionis: et sic cōcedit̄ ista indefinita quātitas non suscipit magis et minus. nam quātitas que est substantia materialis nō suscipit magis et minus. et ista indefinita etiam est vera quantitas suscipit magis et minus. naȝ albedo est quantitas et suscipit magis et minus: sed ista vniuersalis est falsa nulla quantitas suscipit magis et minus: et ista etiam omnis quātitas suscipit magis et minus ¶ Ad quintā distinguit̄ maior: vel si illa sit composita: et sic est sensus ista propositio est per se quātitas est diuisibilis: et sic conceditur maior: et negatur consequentia. vel si ly p̄ se faciat maiorē diuisaȝ: et sic distinguitur. Uel sensus maioris est iste: omnis quātitas necessario est diuisibilis: et sic maior est falsa: et etiā minor: capiendo ly per se in minore sicut in maiore. vel si li per se tantum valet sicut omni alio secluso a quātitate. et sic maior est vera et minor falsa: cū sensus eius sit nulla substantia est omni alio ab ea secluso diuisibilis: modo hoc est falsum: et sua cōtradictoria est vera: scilicȝ substantia est per se diuisibilis: cū sensus eius sit aliqua substantia omni alio ab ea secluso est diuisibilis: modo ille sensus est verus: cū materia omni alio ab ea secluso sit diuisibilis. ¶ Ad sextam distinguitur. quia illa p̄positio ad quantitatem est p̄ se motus: dupliciter intelligitur. Uno modo sic ad illam rem que est quātitas est motus: ita q̄ dū aliquid mouetur acquirit̄ quantitas vt patet in augmentatione. et sic eque bene ad substātiam est per se motus sicut ad quantitatē. nam omnis quantitas que acquirit̄ in augmentatione siue dum aliquid augmētatur est substantia vel qualitas: et sic minor est falsa nec sic intellexit Aristoteles Alio modo potest capi illa p̄positio vt sit sensus ad quātitatem est p̄ se motus id est dū aliquid mouet̄: scȝ dū augmentatur vel diminuit̄ variat̄ denoīatio predicamenti quātitatis respectu rei q̄ diminuit̄ vel augmētat̄. et nō variat̄ per illū motuȝ predicatio predicamēti substantie: et sic cōceditur maior et etiā minor: et negat̄ cōsequentia. nā dū sortes augmētat̄ per vnum pedē: et prius erat pedalis post augmentationē talē variat̄ denomiatio p̄dicamēti quantitatis: cū sit verū dicere q̄ sortes est nūc tripedalis: et ante augmētationē nō erat tripedalis. et tn̄ nō variat̄ per illā augmentationem verificatio p̄dicamenti substantie de sorte: vt de se p̄ȝ. ¶ Ad septimam distinguit̄ consequens: vel q̄ dū asinus generat̄ generat̄ quantitas et sic conceditur. nam generat̄ forma asini que est quantitas. vel q̄ immediate post hoc erit quantitas. vel q̄ nō asinus generat̄ incipiat fieri denominatio alicuius dicibilis de p̄dicamento quātitatis sine alia verificatione precedente per naturam et sic negatur. immo p̄us natura est verum dicere asinus est substantia: q̄ sit verū dicere asinus est quātitas. ¶ Ad octauā conceditur maior et distinguitur minor. vel q̄ substantia quocunq̄ accidēte ab ea secluso non sit finita vel infinita: et sic negat̄. vel q̄ istud disiunctū finitū vel infinitū non sit passio istius generis substātia: sed istius generis quātitas: et sic cōceditur minor et negat̄ cōsequentia nā istud disiunctū sile vel dissile nō ē passio animalis: et tn̄ animal est simile vel dissimile. ¶ Ad nonam distinguit̄ consequens vel quantitates que sunt nate informare simul eandē materiam: et sic concedit̄. Uel quantitates q̄ non sunt nate informare simul eandē materiā: et sic negatur. vnde albedo lactis et dulcedo sūt quantitates que sunt nate informare eandem materiam. similiter duo gradus albedinis sūt due quātitates que simul informant eandē materiam: et hoc dū illi gradus sint causati in eodem subiecto. nam si essent causati in diuersis subiectis per naturam non possunt simul informare eandem materiam. nam nullum agens naturale potest facere q̄ albedo que est in sacramento altaris informet aliquod subiectum nec per se nec cum alia albedine. nam habent incompossibilitatem naturalē. eo q̄ non sunt causate in eodem subiecto. Unde dum aristoteles dicit in quarto phisicorum q̄ duo corpora non possunt esse simul in eodem subiecto: intelligit de corporibus de predicamento substantie compositis ex materia et forma: et dictum suum est verum per naturam: ita q̄ nullum agēs naturale potest facere q̄ duo corpora de predicamento substantie sunt simul in eodem loco proprio. ¶ Ad decimam distinguitur conse-

quens. vel ꝙ lumen esset corpus de predi-
camento quantitatis. et sic conceditur.
Uel ꝙ lumen esset corpus de predicamen-
to substantie: et sic negatur: et negatur fal
sitas consequentis: et ad probationē ei⁹
distinguit: vel ꝙ duo corpora quorū vnum
est substantia ⁊ alterum qualitas nata in
formare illud corpus quod est substātia: et
sic conceditur. Uel duo corpora de predi-
camento substantie: et sic negatur: et ne-
gatur ꝙ hoc sit contra Aristotelem. Unde
dicitur ꝙ Aristoteles in secundo de anima
non vult negare ꝙ lumen non sit corpus
cum lumen sit per suas partes integrales
longum latum ⁊ profundum: sed concludit
cōtra antiquos: ꝙ lumē nō est corpꝰ atho-
malia decisa a corpore luminoso: quemad
modū apparet dum radius intrat per fe-
nestram. nam quodlibet talium corporum
athomalium est compositum ex materia ⁊
forma: vt dicebant antiqui: et sic contra
eos Aristoteles cōcludit. ꝙ si ita esset: ꝙ
duo corpora de predicamento substantie
naturaliter essent penetratiue in eodem
loco: quod est falsum. ¶ Ad vndecimam cō
ceditur ꝙ ista nulla quantitas est substan
tia est immediata: et negatur ꝙ sit vera
et similiter negatur ꝙ Aristoteles dicat
ꝙ omnis talis sit vera. nam eque bene in
ista nulla substātia est qualis predicatur
vnū gen⁹ generalissimum de alio: ⁊ tn̄ vtra
ꝙ est falsa. ¶ Ad duodecimam conceditur
maior: scz ꝙ aliq̄ quātitas arcus extendit
vt puta superior. et negatur ꝙ arcus scdm su
perficiē conuexā cōprimat: immo superfi-
cies superior arcus que est eius superior
pars extenditur: et inferior pars arcus cō
primitur: que est eius quantitas inferior.
¶ Ad decimamterciam negat antecedens
et ad pbationē eius dicit: ꝙ dū cera bipe-
dalis efficit pedalis per cōpressionem: nul
la quantitas corrumpit. cū precise per mo-
tum localem nihil corrumpat. sed per com
pressionē partis cere aliter se habent par
tes ꝙ prius. et dicitur ꝙ bipedalitas ma-
net: nam illa que erat bipedalitas manet
sed amplius non denominatur bipedali-
tas. cum partes non se habeant eodē mo-
do sicut prius: ¶ Ad decimamquartam di-
citur: ꝙ Aristoteles concludit ex supposi-
tione antiquoꝝ q̄ ponebant errando quā-
titatē esse formam accidentalem. nam an
tiqui nullam aliam formā preter formas
accidentales inter quas ponebant quan-
titatem ponebant in ente naturali. simi
liter ad hoc sequit ꝙ plura sunt qꝺ sufficit
Aristoteli. Similiter dicitur ꝙ Aristote-
les sufficienter concludit: ꝙ si aliqꝺ quan
tum est: ꝙ plura sunt. cum quantū habe-
at plures partes: que sunt plura entia: et
ex hoc concludit ꝙ plura sunt. ¶ Ad. deci-
mamquintam distinguitur maior: vel ꝙ p
omnem rarefactionem acquiratur aliquod
accidens inherens rei rarefacte: ⁊ sic ne-
gatur. nam dum aer subintrat locum ali-
cuius ambulantis aer rarefit: et tamen
nulla res acquiritur. Uel ꝙ per omnem ra
refactionem acquiratur locus vel aliqua
pars loci: et sic conceditur: et conceditur
minor scilicet ꝙ non acquiritur substātia
de nouo que prius non erat. nec qualitas
saltem per rarefactionem dictam. et nega
tur consequentia. ¶ Ad decimamsextam cō-
ceditur maior. et negatur minor. Unde di-
citur ꝙ aer ibi resilit. et ad probationem
eius distinguitur: vel ꝙ ille aer possit oc-
cupare minorem locum cum talibus qua-
litatiuis dispositionibus per naturam: et
sic negatur. vel cum alijs qualitatiuis dis
positionibus puta cum frigiditate vl' cuz
maiori: et sic cōceditur: et negatur cōseque-
tia. ¶ Ad decimamseptimam distinguitur
maior vel ꝙ maneat quātitas que est qua
litas. vt puta albedo extensa: vel grauis-
tas extensa: et sic conceditur. Uel ꝙ quan
titas per quam panis erat extensus ma
neat et sic negatur. nam quantitas con-
tinua panis erat panis qui nō manet: er-
go nec eius quātitas continua: sed ani-
hilatur siue trāsubstantiatur. ¶ Ad deci-
mā octauam conceditur illa indefinita. nā
quantitas que est materia nulli⁹ est actiui
tatis naturalis. sed negat ista vniuersal'.
nulla quantitas est alicuius actiuitatis.
nam quātitas que est forma asini est alicu
ius actiuitatis. similiter quantitas que ē
qualitas bene est alicuius actiuitatis. et
cōceditur minor: et negatur consequentia.
¶ Ad decimamnonā negatur maior. nam
tūc sequeretur ꝙ quantitas esset immedia
tius susceptiua contrarioꝝ quam substan-
tia materialis quod est manifeste falsum
et contra Aristotelem in sexta proprietate
substantie. et negatur minor: ⁊ consequen
tia. ¶ Ad vigesimā distinguit consequens
vel ꝙ istud dicibile corpus non haberet
alium modū significandi vt est de predica-
mento substantie: ꝙ habeat vt est de pre-
dicamento quātitatis: ⁊ sic negatur. nā vt
est de predicamento substantie: absolute
substātiā compositā ex materia et forma si
gnificat: ⁊ vt est de p̄dicamento q̄titatis
rē significat cōnotando ꝙ illa est diuisibil'
in lōgū latū ⁊ p̄fūdū siue illa sit substātia

sive qualitas vel q aliqua res est signifi-
cata per illud nomen corpus: vt est de pre-
dicamento substantie: et eadē res est etiam
significata per istud nomen corpus: vt est
de pdicamento quātitatis: ⁊ sic cōceditur.
nam res que est asinus est res significata
per illud nomē corpus vt est de pdicamen-
to substātie: ⁊ etiam per illud nomē corpus
vt est de predicamento quantitatis. ¶ Ad
vicesimā primā dr. q beatus Augustinus
nichil aliud voluit nisi q creatura non est
magnitudo eo mō quo essentia diuina est
magnitudo. nam animus dr magnꝰ eo q
habet magnā virtutem. et domus magna
eo q hꝫ magnas partes / ⁊ homo magnus
eo q habet magnū corpus. non sic autem
est de deo. cum eius magnitudo sit ipsa sim-
plex diuina essentia. ¶ Ad vicesimam secū
dam conceditur antecedens. scꝫ q illud no
men magnitudo est subiectū geometrie. et
conceditur minor scꝫ q res quanta non est
subiectum geometrie vt puta asinus. ⁊ ne
gatur cōsequentia: qꝛ illud nomen magni-
tudo est subiectum geometrie: nō eo q im-
portat rem distinctā a qualibet re quāta:
siue rem distinctā ab omnibus rebus signi
ficatis per subiecta aliarum scientiarum:
sed quia importat rem per modum diuisi-
bilitatis extensiue.

Queritur octauo: vtrum totum est sue
partes simul sumpte: scꝫ ista pars et
ista pars? Et arguitur primo q nō: et hoc
sic si totū esset sue partes. sequeretur q totum
non esset notius scdm sensum suis parti-
bus: sed hoc est falsum ⁊ contra Aristotelē
in primo phisicoꝝ. ergo totum non est sue
partes. ¶ Secdo sic. si totum esset sue par-
tes. sequeretur q q̄libet pars esset sue par
tes: sed hoc est falsum. Probatur cōsequen
tia: qꝛ totū tm̄ valet sicut quelibet pars.
¶ Tertio sic. seq̄retur q idem seipsum com-
poneret: sed hoc est falsum. Probatur cōse-
quētia. qꝛ partes cōponūt totū. et partes
sunt totū. ergo totū cōponit totū. ¶ Quar-
to sic partes sūt minores toto. ergo partes
non sunt totū. tenet consequētia / qꝛ idē nō
est minus seipo. ¶ Quinto sic. partes sunt
priores toto: ergo partes non sunt totum.
tenet cōsequētia. quia idem nō est prius se
ipso. ¶ Sexto sic. partes sunt in toto. ⁊ to-
tum non est in toto. cū idem nō sit in seipso
ergo partes non sunt totū. ¶ Septimo sic:
bene sequitur materia et forma hominis
sunt homo. ergo materia est hō: consequēs
est falsum. ergo et antecedens. ¶ Octauo
sic. si totum esset sue partes sequeretur q
homo esset infinite partes integrales qua

rum nulla est homo: sed hoc est falsum. er-
go illud ex quo sequitur. ¶ Nono sic. si to
tum esset sue partes sequeretur q sortes es-
set perpetuus: sed hoc est falsum. Proba-
tur tamen consequentia. quia hec demon-
strando materiam et formam sortis sunt
perpetua. ⁊ hec sunt sortes: ergo sortes est
perpetuus. conclusio est falsa: et non ma-
ior. ergo minor ¶ Decimo sic. sequeretur q
vnus homo esset infiniti homines: sed hoc
est falsum. Probatur tamen consequentia.
quia homo est infinite partes integrales
eiusdem proportiōis. probatur falsitas cō
sequentis. quia tantum homo est vnus ho
mo. ¶ Undecimo sic: si totum esset sue par
tes sequeretur q ista esset concedenda ma
teria et forma hominis rident: sed hoc est
falsum. ergo illud ex quo sequitur. ¶ Duo-
decimo sic. sequeretur q due partes auge-
rentur quando vna illarū diminuitur: sed
hoc est falsum. Probatur tamē consequen-
tia: posito q vnum corpus augeatur scdm
vnam partem: ⁊ diminuatur scdm aliam.
¶ Decimo tertio sic. sequeretur q vnū cor-
pus esset album et non album: sed hoc est
falsum. Probatur consequentia posito q
scutum sit pro media parte album et pro
alia parte nigrū. ¶ Decimo quarto sic. se
queretur q a ⁊ b essent duo quadrata. ⁊ q
tamē b nō esset quadratum: sed hoc est fal-
sum. ergo illud ex quo sequitur. ¶ Decimo
quinto sic. sequeretur q a ⁊ b essent duo eq̄
lia et tamen a non esset equale b. ¶ De-
cimo sexto sic. sequeretur q eadē essent pa-
ria et imparia. ¶ Decimo septimo sic. se
queretur q magnitudo finita esset infini-
ta. sed hoc est falsum: ergo et illud ex quo
sequitur. Probatur consequentia de con-
tinuo. ¶ Decimo octauo sic. sequeretur
q quantitas discreta esset continua. Pro-
batur consequentia: de partibus continui
que sunt ipsum continuum. ¶ Decimo
nono sic. sequeretur q sortes videret a ⁊ b
et q tamen non videret b. Probatur con-
sequentia. posito q a sit inferior pars lu-
ne versum nos: et b superior pars lune
versum firmamentum. nam sortes videt
lunam: et luna est a et b. ergo sortes videt
a et b. et tamen non videt b. ¶ Vicesi-
mo sic. si totum esset sue partes sequere-
tur q sortes qui nunq̄ fuit rome fuit ro-
me: sed hoc est falsum. Probatur tamen
consequētia: posito q deus creauerit ma-
teriam et formam sortis rome. et q consti-
terit parisi hoc supposito bene sequitur
hec fuerunt rome: demonstrando mate-
riam et formam sortis. ⁊ hec sunt materia

et forma ſortis:ergo materia ⁊ forma ſoꝛ=
tis fuerũt rome. vlterius materia ⁊ forma
ſortis fuerunt rome.ergo ſoꝛtes fuit rome
qḋ eſt falſum per caſum.ergo totũ non eſt
ſue partes. ¶Uiceſimo primo ſic.ſi totum
eſſet ſue ꝑtes ſequeret̃ ꝙ partes eſſentia=
les eſſent partes integrales:ſed hoc ẽ fal=
ſum.ergo. Probatur fallitas ↄ̃ſequentis:
qꝛ partes eſſentiales ſunt diuerſarum ſpe
cierum et partes integrales non. ¶Uice=
ſimo ſcḋo ſic.ſi totũ eſſet ſue partes.ſeq̃re=
tur ꝙ ꝑs dextra ⁊ pars ſiniſtra eſſent ꝑs
ſuperioꝛ ⁊ pars inferioꝛ:ſed hoc eſt falſum
¶Uiceſimo tertio ſic.auctoꝛitate ariſtote=
lis qui in ſcḋo de aīa diuidit ſubſtantiam
in materiã formã et in totũ cõpoſitũ.ergo
totũ non eſt ſue partes. ¶Uiceſimo quar=
to ſic. Ariſtoteles dicit in ſeptimo metha=
phiſice ꝙ compoſitum non eſt elementa ex
quib⁹ cõponitur.ergo totũ nõ eſt ſue ꝑtes.
¶Uiceſimo quinto ſic ariſtoteles dicit q̃n=
to methaphiſice ꝙ bis tria non ſunt ſex:er
go totum nõ eſt ſue partes. ¶Uiceſimo ſex=
to ſic.ſi totũ eſſet ſue partes. ſequeretur ꝙ
filius dei aſſumpſit hoīem : ſed hoc eſt fal=
ſum.ꝗ ⁊ illud ex quo ſequitur. Pꝛobatur tñ
conſequẽtia: qꝛ filius dei aſſumpſit animã
rationalẽ ⁊ coꝛpus.⁊ aīa rõnalis ⁊ coꝛp⁹
ſunt homo.ergo fili⁹ dei aſſumpſit hoīem.
qḋ eſt falſum ergo totũ nõ eſt ſue partes.
¶Uiceſimo ſeptimo ſic compoſitum eſt ter=
minus generationis.et materia et forma
non ſunt terminus gñationis.cũ non ge=
nerent̃.ergo totũ non eſt ſue partes. ¶Ui=
ceſimo octauo ſic.materia et foꝛma cauſãt
cõpoſitum.et cõpoſitum non cauſat ſeipſm
ergo materia ⁊ forma nõ ſunt cõpoſitum.
¶Uiceſimo nono ſic. partes hoīs non di=
uiduntur in partẽ eſſentialẽ que eſt forma
⁊ in partem eſſentialẽ que eſt materia.et
totũ diuidit̃ in partẽ eſſentialẽ que eſt foꝛ=
ma.et in partẽ eſſentialẽ que eſt materia:
ergo totũ non eſt ſue partes ſimul ſumpte.
¶Triceſimo ſic.materia ⁊ forma ſunt par
tes cõpoſiti / et non ſunt partes materie
⁊ forme.ergo totũ non eſt ſue partes ſimul
ſumpte. ¶In oppoſitũ eſt auctoꝛitas ſa=
cre ſcripture: in ſimbolo ſancti athanaſij
in quo ſimbolo habet̃ ꝙ anima rõnalis et
caro.ideſt coꝛpus vnus eſt homo.ergo par=
tes ſimul vnite ſunt totũ.ergo totũ eſt ſue
partes ſimul vnite. ¶Pro ſolutiõe queſtio=
nis notandum eſt pꝛimo. ꝙ tripliciter ca=
pitur iſtud nomen totũ. Uno mõ ſincathe=
goreumatice.⁊ ſic tantum valet ſicut queli
bet pars ſiue q̃libet pars integralis.⁊ ſic
capitur dũ dicit̃ iſta eſt vera tot⁹ paulus
eſt minoꝛ paulo.nam equiualet iſti queli=
bet pars integralis pauli eſt minoꝛ paulo
Scḋo mõ capitur partim cathegoreuma=
tice:⁊ ꝑtim ſincathegoreumatice.et ſic be=
ne attribuit̃ rebus indiuiſibilibus.⁊ ſic eq̃=
ualet iſti cõpleto.ipſum ⁊ nihil ipſi⁹ quin
illud. ⁊ ſic capit̃ dũ dicitur tota aīa pauli
eſt in gloria celeſti.ideſt aīa pauli ẽ in glo
ria celeſti:⁊ nihil ipſius eſt quin ſit in glo=
ria celeſti. Tertio mõ capitur cathegoreu=
matice. et ſic tantum valet ſicut ens ha=
bens partes.⁊ ſic capitur hic in ꝓpoſito.
¶Scḋo notandum eſt.ꝙ triplex eſt totum
ſcꝫ totũ eſſentiale:totũ quãtitatiuum:⁊ to
tũ integrale.nõ eſt tñ imaginandũ ꝙ iſta
mẽbꝛa diuiſionis ſint diſperata ſecundum
ſignificationẽ materialẽ:ſed ſunt diſpara
ta ſcḋm ſignificationẽ formalẽ. Uñ totum
eſſentiale eſt ens habens plures partes
ſubſtãtiales quarũ vna eſt potẽtia ⁊ alia
actus ſubſtãtialis.vt hõ eſt vnũ totũ eſſen=
tiale.nã materia hominis eſt potentia:⁊
anima hoīs eſt actus ſubſtantialis. cum
oēs operationes que fiunt ab hoīe fiant
per animã rationalẽ. Totum vero quanti
tatiuũ eſt ens habẽs partes extẽſas qua=
rum vna eſt extra aliã. vt lignũ dicit̃ totũ
quantitatiuũ.eo ꝙ habet partes quãtita=
tiuas quarũ vna non eſt in eadem parte
loci in qua eſt alia.ita ꝙ vna ſitualiter di=
ſtat ab alia. Sed totũ ĩtegrale eſt ens ha=
bens plures partes.ſicut lignum vel albe
do. Unde mẽbꝛa iſtius diuiſionis ſic ſe ha=
bent. ꝙ omne totũ eſſentiale eſt totũ inte=
grale.nã totũ eſſentiale hꝫ plures partes
ergo integrat̃ ex plurib⁹ partib⁹.ergo om
ne totũ eſſentiale eſt totũ integrale.ſed nõ
oēe totuꝫ integrale eſt totũ eſſentiale.nã
albedo eſt totũ integrale.et ſil'r omne ac=
cidens eſt totũ integrale.cũ conſtet ex plu
ribus gradibus.⁊ tamẽ nullũ accidens eſt
totũ eſſentiale.cum nullũ tale cõponat̃ ex
materia et forma ſubſtantiali. Sil'r mate=
ria eſt totum integrale.⁊ tñ non eſt totum
eſſentiale. Sil'r omne totũ quantitatiuum
eſt totum integrale.nam bene ſeq̃tur eſt to
tum quãtitatiuũ.ergo integratur ex pluri
bus partib⁹.ergo oēe tale eſt totũ ĩtegra
le.ſed nõ oēe totũ integrale eſt totũ quan
titatiuũ.nã virtus in aīa eſt totũ integra
le:cũ cõſtet ex pluribus gradibus.⁊ ſimili=
ter quelibet qualitas ſpiritualis.⁊ tñ nul
la talis q̃litas eſt totum quantitatiuũ.cũ
nulla talis habeat partes ſitualiter diſtã
tes. Sed totũ eſſentiale ⁊ totũ quantitati=
uum ſic ſe habent. ꝙ non oportet ꝙ omne
totum eſſentiale ſit totum quantitatiuum.

nam si deus poneret paulum in loco diffi:
nitiue.tūc paulus esset totum essentiale:
cū componeretur ex materia et forma sub:
stantiali.et tñ paulus tunc non esset totū
quantitatiuū.cū nō haberet partes situa
liter distātes: qđ tamen requiritur ad hoc
ꝙ aliqđ sit totū quantitatiuū. sicut dicen:
dū est de corpore xpi in sacramēto altaris.
nam corpus xpi in sacramento altaris est
totū essentiale.cum in sacramento altaris
sit compositū ex materia et forma ⁊ tamen
corpus xpi in sacramento altaris nō est to
tum quantatiuū.cū in sacramento altaris
non habeat partē extra partē: licȝ in celo
sit totū quantitatiuū. Similiter non omne
totū quantitatiuū est totum essentiale.nā
ois qualitas materialis extēsa est totum
quātitatiuū.cum habeat partes situaliter
distātes.⁊ tñ nulla talis est totum essētia:
le:cū nulla talis sit cōposita ex materia et
forma. ¶ Tertio notandū est ꝙ terminus
nūeri pluralis equiualenter in consequen
do includit istā coniunctionē et dupliciter
tamen hoc potest ymaginari.vno modo co
pulatiue.⁊ tunc sensus debet explicari per
vnam propositionem copulatiuam.⁊ sic in
sensu copulatiuo ista est falsa.totum est sue
partes.nam sensus copulatiuus est iste to
tum est ista pars demonstrando vnā suarū
partium.⁊ totum est ista pars demonstrā:
do aliam partiū suarum.quo modo ille sensus
est falsus. Alio modo potest ymaginari
ꝙ terminus numeri pluralis includit istam
coniunctionem et collectiue siue copulatim
et tunc sensus propositionis in qua poni:
tur debet explicari per vnā propositionem
de copulato extremo.⁊ in illo sensu ista est
vera totū est sue partes vnite.vt homo est
sue partes.nam hō est anima et corpus.⁊
isto sensu versatur questio. nam de alio sen
su non est difficultas:cum manifestū sit ꝙ
ista copulatiua est falsa homo est materia
et homo est forma. ¶ Quarto notandum
est: ꝙ secundum doctrinam beati augusti:
ni sexto de trinitate capitulo tertio.vnum
non vere et proprie dicitur de copulato
ex pluribus partibus. nam non dicimus
proprie secundum eum anima et corpus
sunt vnum.nam per illam locutionem de
notaretur ꝙ anima est essentia que est cor
pus et quod corpus est essentia que est ani
ma:sed bene dicitur cum addito. nam be:
ne et vere dicimus ꝙ corpus et anima ra:
tionalis sunt vnus homo.et ꝙ corpus et
anima sunt vnum animal.et sic de simili
bus. ¶ Istis notatis:pono vnam con :
clusionem quam credo esse veram ⁊ catho :
licam: et suā contradictoriā credo esse fal:
sam et erroneam:vt patebit eam probādo
Conclusio talis est.totum est sue partes si:
mul vnite:et partes vnite sunt totum : ista
conclusio probat sic. nam si totum esset ali
ud a suis partibus simul sumptis:vel illud
totū esset substantia vel accidēs vt puta in
hoīe:non est dicendum ꝙ accidens:q: tunc
homo esset accidens:quod est erroneū:nec
est dicēdum ꝙ illud totum qđ est homo est
substantia alia a materia et forma vnitis
probo sic.q: si est substantia vel est substan
tia corporea vel incorporea: non est dicen
dū ꝙ sit substātia incorporea quia tūc homo
esset substantia incorporea qđ est errone:
um. Sed ꝙ non sit substātia corporea. pro
batur sic:q: tunc sequeretur ꝙ duo corpora
de predicamento substantie sunt simul in
eodem loco: nam aīa et corpus copulatim
sunt in aliquo loco:et in eodē loco est illud
totū qđ tu ponis : qđ per te nō ē materia
et forma: ergo duo corpora sunt simul in
eodē loco: qđ est falsum saltē de duob⁹ cor:
porib⁹ de predicamento substātie:⁊ de dua
bus materias. Et cōtra Aristotelē in quar
to phisicorum. ¶ Scđo potest probari ista
cōclusio per quādā rationem factā in con:
clusione sexte questionis:nā tūc binarius q̄
est quoddā totū non esset sue vnitates.sed
hoc est falsum: pbatur falsitas consequen
tis.q: sicut probatum est nūq̄ esset binari
us quin esset infinit⁹ numer⁹. ¶ Tertio pro
batur ista cōclusio:q: tunc sequeret ꝙ tota
grauitas non esset sue partes: sed hoc est
falsum.probat falsitas consequentis et su
mo vnā grauitatē et sit b.cuius partes sūt
c.⁊.d.tūc arguit sic.sumo plumbū et diui:
datur in duas partes.ad eius diuisionem
grauitas eius diuidit:⁊ ponantur ille due
partes plumbi in statera . vel pōderabūt
tātum sicut ante diuisionē totum plumbū
ponderabat:vel nō.nō est dicendum ꝙ nō
quia experientia est ad oppositū:si dicatur
ꝙ sic.ergo omnis grauitas q̄ erat in plum:
bo integro adhuc est :ergo nulla entitas
grauitatis est corrupta:sed precise partes
q̄ simul vnite erant ⁊ vna grauitas propter
separationē eaꝝ licet maneant nō ampli
us sunt vna grauitas.ergo totū est sue par
tes vnite. ¶ Quarto sic.si totum non esset
sue partes sequeretur ꝙ materia ligni se:
cundū Aristotelē non esset perpetua.sȝ hoc
scđm ipm est falsum probat falsitas conse
quētis.quia diuidendo lignum materia li
gni diuiditur:ergo illud totū qđ est mate:
ria per te corrumpitur.ergo cū p separatio
nem partiū illa entitas quam dicis distin

qui a partibꝰ copulatim sumptis destrua
tur: et illa est materia: ergo materia cor
rumpit: qđ est cōtra Aristotelē manifeste.
¶ Quinto sic. si totū non est sue partes vni
te copulatim: sequeret ꝙ hauriendo vnam
amphoram aque a mari ꝙ totū mare cor=
rumpet: sed hoc est falsum. probat tamē cō
sequētia: illa amphora et totū residuū com
ponebāt vnum totū qđ per te est aliud a su
is partibus copulatim: ergo dum ille par
tes separant: illa tertia entitas corrūpit:
et illa entitas est ipsum mare: ergo per ta
lē separationē mare corrūpitur: qđ est ab
surdū: ergo totum nichil est ꝙ̄ sue partes
vnite. ¶ Sexto probatur ista conclusio au=
ctoritate Aristotelis quarto phisicorum di
centis ꝙ totū nichil est preter partes: ⁊ i
eodem quarto dicit ꝙ multa metra sunt
vnū metrū: et multe mensure vnum mensu
ratū. Scđo probatur per eundem quinto
methaphisice dicentē: ꝙ aliqua sūt vnum
eo ꝙ sūt cōtinua. Tertio probatur auctori=
tate eiusdē secundo de anima dicentis: ꝙ
sicut pupilla ⁊ visus sūt vnꝰ oculus: ita a=
ctus et potentia sunt vnū: scʒ aīa et corpus
sunt vnū animal. et cōmentator dicit i eo
dē scđo commento quinto: ꝙ anima et cor
pus sunt vnū animal: et primo phisicorū
dicit ꝙ totū nichil aliud est ꝙ̄ cōgregatio
suarū partiū: nec ex hoc vt dicit sequeretur
ꝙ totū est ista pars: ⁊ ꝙ totū est illa pars
nam arguitur a sensu cōposito vero ad sen
sum diuisū falsū: ⁊ non valet consequentia:
ergo totum est sue partes vnite. ¶ Septi=
mo ꝓbatur ista cōclusio principaliter: scʒ
ꝙ totum est sue partes vnite. et ꝙ partes
vnite sūt totū auctoritatibꝰ quibꝰ nō licet
contradicere: ⁊ primo probat apta aucto=
ritate apostoli prime ad corintheos duo=
decimo dicentis. Sicut eñ corpus vnum
est: et mēbra habent multa: omnia autem
mēbra corporis cū sint multa vnū tamen
corpus sunt: ⁊ paulopost facta cōparatio
ne ecclesie dicit. nā et corpus nō est vnū mē
brū: sed multa et quo dicto apostoli appa
ret euidēter ꝙ multa mēbra sunt vnum cor
pus et vnū est corpꝰ est multa mēbra ergo
totum est sue partes et partes copulatim
sunt totum. ¶ Scđo ꝓbo hanc conclusio=
nem fuisse de mente bti augustini decimo
tertio de ciuitate dei caplo viccsimoquar=
to in quo capitulo sic dicit: hoc quidē verū
est: ꝙ nō totꝰ hō: sed pars hoīs melior a ni
ma est: nec totus hō corpꝰ: sed inferior ho=
minis pars est: sed cū est vtrūqȝ cōiunctum
simul habet hominis nomen: ⁊ paulopost
adducens sententiā apostoli q̄ animā inte
riorē hominem appellauit: ⁊ corpꝰ exterio
rem hominem: dicit tanꝙ̄ duo sint hoīes:
cum simul vtrūqȝ sit hō vnus: ex qua aucto
ritate apparet principē omniū disciplina
rum beatū augustinū sensisse corpus ⁊ ani
mam esse hominē. ¶ Tertio ꝓbatur aucto=
ritate eiusdem decimonono de ciuitate dei
capitulo tertio: vbi tractando opinionem
marci varronis sic dicit: cū vero nec aīa
sola nec solum corpus: sed simul vtrūqȝ sit
homo: ex qua auctoritate patet euidenter
fuisse de mēte marci varronis ꝙ homo est
corpus ⁊ anima: nec in hoc beatꝰ augusti
nus eum reprobat: immo tanꝙ̄ verum au=
gustinus hoc tenet. ¶ Quarto ꝓbatur au=
ctoritate eiusdē septimo de trinitate capi
tulo quarto ꝓbantis ꝙ necesse sit dicere ꝙ
tres persone sunt in diuinis aut sicut scri
pture nostre loqui solent tres animas cū
a parte meliore totum appellari placet id
est ab anima cū corpus et anima sit totus
homo. ex qua auctoritate patet euidenter
ꝙ totus homo est corpus et anima. ¶ Qui
to probatur eadē cōclusio auctoritate bea
ti augustini sexto de trinitate capitulo ter
tio dicentis anima ⁊ corpus nō sunt verū
ꝙ vnū. quid enī tam diuersum nisi addatur
aut intelligatur quid vnum: id est vnꝰ hō
aut vnū animal: ex qua auctoritate patet
ꝙ homo nihil aliud est ꝙ̄ anima et corpus
¶ Sexto ꝓbatur ista conclusio euidenti au
ctoritate beati augustini ad dardanū di=
centis. sicut vnus homo est anima ratio=
nalis et caro. sic vnus xp̄s est vnum verbū
et hō. quid ei expressius. ¶ Septimo ꝓbat
auctoritate eiusdē ad euodiū dicētis. nā si=
cut in hoīe quolibet preter vnū illū q̄ singu
lariter susceptꝰ est aīa et corpꝰ vna persona
est: ita in xp̄o verbū et hō vna persona est.
ex qua auctoritate patet clare ꝙ omis ho
mo altꝰ a christo est anima et corpꝰ: ergo
totum est sue partes vnite. ¶ Octauo pro
batur auctoritate beati augustini ad pa
scentium dicentis. et cum pro anima ⁊ cor
pore sibi coherentibꝰ dicat vnꝰ homo. cur
non multo maxime patre et filio sibi co=
herentibus dicatur vnus deus: et paulo
post ponendo differentiā inter hominem
exteriorem ⁊ hominem interiorem. Item
cū homo interior et homo exterior nō sunt
vnum. nec eius nature est exterior cuius
interior. quia exterior cum nuncupat cor=
pore dicitur homo: interior autem in sola
anima rationali intelligitur. verumqȝ ta=
men simul: non homines duo: sed vnus
dicitur ex qua auctoritate patet manife=
ste ꝙ homo interior. scilicet anima et ho=
mo exterior scilicet corpus simul sunt ho=
mo. Item circa finem dicit sic. Sicut ey

ala z corpore dicim⁹ vnū alal z vna ꝑsona
z vn⁹ hō. Nono pbat ista ꝯclusio auctori=
tate eiusdē: sup pma epl'a ad thimotheū di
cētis: z sicut tu vn⁹ hō aia es z caro: sic et
ille vnus xp̄s deus et homo: et qua aucto=
ritate patet aperte q homo est corpus et
anima. ¶ Decimo pbatur ista cōclusio. au
ctoritate dti augustini ad honoratū dicen
tis sicut non augeł numer⁹ personarū cū
accedit caro anime vt sit vn⁹ homo: sic nō
augetur numerus personarum cū accedit
homo verbo vt sit vnus xp̄s: et qua aucto=
ritate vult beatus augustin⁹: q sicut caro
et aia sūt vna persona et nō due: ita ver
bum et homo sunt vna persona: z nō sunt
due persone: sicut dixerunt heretici nesto=
riani: et qua auctoritate patet manifeste
q homo est anima et corpus: ergo totum
est sue partes simul vnite. Unde patet ma
nifeste istā cōclusionē e. se veram z catho=
licam: et iudicio meo sufficiēter est proba=
ta: et licet plures auctoritates possent ad
duci ad eā probandā tū adducte eam eui=
dent probant. ¶ Et ad rationes añ oppo
situm. Ad primaz distinguit: vel q non sit
notius suis partibus copulati sumptis z
sic conceditur: cum nichil sit notius seipso
vel q totū non sit notius suis partib⁹ co
pulatiue sūptis: z sic negat. ¶ Ad scd̄am
distinguitur: vel q quelibet pars habēs
partes sit sue partes: z sic ꝯcedit: vel q om
nis pars sit sue partes indifferenter loquē
do: et sic negatur: nam anima rationalis
est pars hominis: et tamē nō est sue par=
tes. ¶ Ad tertiā negatur cōsequētia: z ad
probationē ei⁹ distinguit maior: vel par=
tes copulatim sumpte: et sic negatur: vel
partes copulatiue sumpte: et sic conceditur.
¶ Ad quartā dicit similit. ¶ Ad quintam
dicit similiter. ¶ Ad sextā similiter dicitur
¶ Ad septimam distinguitur: vl' capiendo
antecedēs. in sensu copulatiuo et sic conce
ditur: sed sicut consequens est falsum ita et
antecedens vel capiendo antecedens in
sensu copulato: z sic negatur. ¶ Ad octauā
conceditur consequentia quo ad primam
partem: sed negatur q nulla illarū parti
um est homo partialis. ¶ Ad nonā nega=
tur consequētia: et ad probationē ei⁹ ne=
gatur consequētia: sed bene sequitur q sor
tes est aliqua quorum quodlibet est perpe
tuum. ¶ Ad decimam distinguitur: vel q
essēt infiniti homines partiales. et sic con
ceditur: vel totales et sic negatur: et ad p
bationem falsitatis consequentis distin=
guitur: vel q tantum sit. vnus homo tota
lis et sic conceditur; vel q non sit plures
partiales. et sic negatur. ¶ Ad vndecimā
conceditur consequentia in sensu copula=
to: sed negatur in sensu copulatiuo.
¶ Ad duodecimam distiguitur vel copula
tim. et sic conceditur vel copulatiue. et sic
negatur. ¶ Ad decimam tertiam negatur
consequentia. et ad probationem eius dici
tur q illud scutū nō e't albū neq nigrum
sz est albū z nigrū. ¶ Ad decimā quartam
cōceditur consequentia in sensu copulato
nā signādo duas partes corporis quadra
ti p diametrum: ille due partes simul sum=
pte sunt duo quadrata. vt patet in tessers
et tamen nulla illarum partium est pars
quadrata. ¶ Ad decimaz quintam dicitur
similiter. ¶ Ad decimam sextam dicitur
similiter. ¶ Ad decimam septimam conce
ditur consequētia/ scilicet q magnitudo fi
nita est infinita entia. cū sit īfinite partes
eiusde ꝓportionis sz negatur q magnitu=
do finita sit magnitudo īfinita scd̄m extē=
sionē. ¶ Ad decimā octauā conceditur con
sequentia large capiēdo quātitatē discre=
tā. ¶ Ad decimam nonā negat consequen
tia. z ad probationē dicitur q sortes ꝓprie
non videt lunā: sed partē lune videt. z dū
dicitur video lunam est locutio synodotica
¶ Ad vicesimā negatur consequētia. et ad
probationē admisso casu. negat ꝯsequen=
tia: sz bene seqtur q sortes est aliq que fue
runt rome. z ad aliā silr negatur cōsequē
tia: sz bene sequitur. ergo que sūt materia z
forma sortis fuerunt rome. ¶ Ad vicesimā
primam distinguitur consequens vel copu
latim sumpte. z sic conceditur vel copula=
tiue sumpte. et sic negatur. ¶ Ad vicesimā
scd̄am dicitur similiter. ¶ Ad vicesimā ter=
tiam conceditur diuisio Aristotelis. z nega
tur consequētia: sed bene sequitur: q totum
nō est aliq partiū essentialium eius. ¶ Ad
vicesimam quartā dicitur silr. ¶ Ad vicesi
mam quintam dicitur similiter. ¶ Ad vice=
simam sextam negatur consequentia. et
hoc capiendo istud nomen hō vt est nomē
suppositi. z ad ꝓbationē ei⁹ conceditur q
filius dei assūpsit corpus et animā rationa
lē. z negatur consequētia. qr ad hoc q sit
homo non sufficit q illa natura humana
sit corpus et anima sed requiritur etiam q
per se existat. modo natura humana i chri
sto non p se existit ideo non est homo vt ho
mo est nomē suppositi. ¶ Ad vicesimam se
primam conceditur maior/ z negatur mi=
nor. in sensu copulato. ¶ Ad vicesimam oc=
tauam negatur maior in sensu copulato.
¶ Ad vicesimam nonā distinguit vel capiē
do li ptes copulati z si negat vl copulatiue

A n oē quod fit. fiat presupto. subiecto,

et ſic conceditur. et negatur cōſequentia. ¶ Ad trigeſimā.dūſtiguitur vel copulatim et ſic negaꝛ.vel copulatiue et ſic conceditꝛ. et negatur cōſequētia.nā materia ē pars materie et forme: ſicut pars toti⁹ cōpoſiti.

Queritur nono vtrū oē qđ fit fit ſubiecto preſuppoſito. Et arguitur ꝙ nō. et hoc ſic.in generatione ſubſtātiali materia gñatur:et nō generatur ſubiecto ꝑſuppoſito.ergo nō omne qđ fit fit ſubiecto preſuppoſito. ¶ Scđo ſic.volitio fit:et non fit ſubiecto preſuppoſito:cum non fiat i materia:ergo non omē quod fit fit ſubiecto preſuppoſito. ¶ Tercio ſic materia facta eſt ⁊ non eſt facta ſubiecto preſuppoſito:ergo non omne quod fit fit ſubiecto preſuppoſito. ¶ Quarto ſic.ſi ſpecies ſacramentales approximētur igni circa eas cauſaꝛ aliqs calor:et ille calor nō fit in aliquo ſubiecto cum ibi nullū ſit ſubiectū preter corpus xpi modo ille calor non fit in corpore chriſti: ergo nō omnē quod fit fit ſubiecto preſuppoſito. In oppoſitū ſūt naturaliter loquētes

¶ Pro ſolutione queſtionis notandum eſt primo: ꝙ duplex eſt agens. ſcilicet naturale et liberum. Unde agens naturale eſt agens ſic ſe habēs ꝙ omnibus requiſitis et approximatis ad hoc ꝙ agat nō poteſt ex ſua natura non agere: ita ꝙ nō eſt i ſua poteſtate non agere vt ignis eſt agēs naturale: nā cōbuſtibilibus debite diſpoſitis et approximatis ignis nō pōt de ſe nō cōburere. Unde dicit de ſe qꝛ de⁹ bene poteſt ſuſpendere actionē ignis dū combuſtibile eſt debite approximatū: vt patet de tribus pueris in fornace: danielis tertio.⁊ de beato dioniſio. Sed agens liberū eſt agēs ſic ſe habens ꝙ omnib⁹ requiſitis et debite approximatis ad hoc ꝙ agat poteſt non agere: vt voluntas humana poteſt nō velle omnib⁹ requiſitis poſitis ad hoc ꝙ velit ¶ Scđo notandū eſt. ꝙ aliquid dicitur dupliciter fieri ſubiecto preſuppoſito. Uno modo ſubiecto neceſſario preſuppoſito: et ſic omnis res que fit ab agente naturali nullo miraculo preſuppoſito fit ſubiecto neceſſario preſuppoſito. Unde ſubiectum neceſſario preſupponi eſt ſubiectum neceſſario ſcđm cōmunē curſum nature cōcurrere in ſuo genere cauſandi ad hoc ꝙ talis res fiat: nā dū ignis cauſat calorē in ligno materia ligni neceſſitate nature concurrit in ſuo genere cauſandi ad hoc ꝙ calor fiat: ſcilicet ɔcurrit ſuſcipiēdo illū calorē. Alio mō ſubiectū dr̄ cōcurrere nō neceſſario et ſic materia hoīs ɔcurrit ad ꝓductionē aīe rationalis i ſuo genere cauſādi: ſcꝫ ipſam ſubiectiue ſuſcipiēdo: veruntamē non neceſſario concurrit: nā deus creando aīam rationalē in corpore humano non neceſſario requirit materiā: cū creando eā in materia poſſet eam creare ſine materia preſuppoſita: nam omnē rē quam creat deus in ſubiecto poteſt creare ſine ſubiecto. Unde non ſic eſt de deo ſicut de creatura: quia deus oēm rem quā ꝓducit in ſubiecto pōt producere ſine ſubiecto. Sed creatura ſcđm communem curſum nature non poteſt producere aliquā formā ſine ſubiecto. Unde dicitur ſecundū cōmunē curſum nature: qꝛ preſuppoſito miraculo creatura producit aliquid ſine ſubiecto et hoc deo concurrente: nā experientia docet ꝙ ſi ſpecies ſacramentales approximantur igni cauſatur calor: et non in aliquo ſubiecto: cū nō videatur in quo: ergo calor tunc ꝓducitꝛ ſine ſubiecto: et hoc miraculo preſuppoſito. ¶ Tertio notandū eſt ꝙ ex dictis Ariſtotelis et heretici auerroys eius ɔmentatoris alique rationes friuole et ſophiſtice formantur nā credidit cecus auerroys q̄ arabice ſcripſit: ꝙ per nullā potentiā aliquid poteſt fieri ſubiecto nō preſuppoſito. ¶ Et primo arguitꝛ ſic. ex dictis heretici valde obcecati: ſi aliquid fieret ſubiecto nō preſuppoſito: ſequeretur ꝙ impoſſibile fieret: ſed hoc eſt falſum. probaꝛ tñ conſequentia: ſi illud fit aut erat poſſibile illud fieri vł nō: ſi non ergo habetꝛ propoſitū: ſi erat illud poſſibile fieri: ergo illa potētia alicubi erat: ⁊ nō erat in agente: ergo erat in materia preſuppoſita. ¶ Scđo ſic. ſi aliquid fieret ex nichilo: ſequeretꝛ ꝙ eſſet tranſmutatum ſine trāſmutatione: qđ īplicat ɔtradictionē probatur cōſequētia: qꝛ b. ñ ſequitꝛ b. factum eſt: ergo b. trāſmutatū eſt: et tñ non eſt ibi aliqua trāſmutatio: cū nō videaꝛ vbi eſſet ergo nichil fit ſubiecto non preſuppoſito. ¶ Tertio ſic. ſequeretꝛ ꝙ aliqđ habuit diſpoſitionē quam nunꝙ habuit: ſed hoc eſt falſū. probaꝛ tñ conſequentia: qꝛ aliqđ fit ſubiecto non preſuppoſito: ergo illud aliquādo generabaꝛ. ergo aliquādo habuit hanc diſpoſitionē q̄ eſt generari: et nō habuit illā diſpoſitionē poſtꝙ illud genitū eſt: nec dum generabaꝛ quia nichil ipſum erat. nec aliquid eius: ergo habuit diſpoſitionem quā nūꝙ habuit. ¶ Quarto ſic ſi aliquid fieret ex nichilo ſine ſubiecto nō preſuppoſito: hoc eſſet ab ipſo deo: ſed hoc eſt falſum: probatur falſitas conſequentis: quia deus eſt voluntas immutabilis: ergo nichil nouum fit ab eo: nam aliter ſequeretur ꝙ ipſe mutaretur: nam

tunc facit illud: ꝛ prius nõ faciebat. ergo mutatur. ❡ Quinto sic: si aliquid fit ex nihilo / hoc est ꝑ generationẽ: sed hoc est falsum. probat̃ falsitas cõsequentis. qꝛ omnis generatio presupponit alterationem: ꝙ illa alteratio erat in aliquo subiecto. ꝙ subiectũ precedebat illã generationem. ꝙ oĩe quod fit fit subiecto presupposito Un istas friuolas sophisticationes credidit vespertilio auerroys in tenebris volitans cõcludere. ideo ad eas respondetur: lʒ non sint digne responsione. ❡ Ad primam negatur ꝯsequentia. ꝛ ad probationẽ eius dicitur ꝙ illud possibile erat fieri. ꝛ negatur consequentia. qꝛ falsum ꝑsupponit. nã presupponit ꝙ cuiuslibet rei potentia ẽ aliud a re que fit: qđ est manifeste falsum. nã dũ deus creauit materiã materia que tũc fiebat erat potentia idest erat res que ꝑus poterat fieri. mõ potẽtia illa anteꝙ crearetur in nullo erat cũ nullo modo esset ❡ Ad scđam negatur cõsequentia. et hoc capiendo transmutatũ pro omni illo quod fit ꝛ ad probationem cõceditur cõsequentia et negatur ꝙ non sit ibi aliqua transmutatio. nam dũ angelus creatur transmutatum est angelus. cũ tunc sit et immediate ante hoc non erat. ꝛ idem angelus est trãsmutatio: cum sit illud qđ tunc incipit esse. Unde argumentum istius aposta te procedit: acsi transmutatio angeli siue creatio esset aliud ab angelo q̃ fit. quod est falsum ꝛ erroneũ. ❡ Ad tertiam negat̃ consequẽtia ꝛ ad probationem eius negatur suppositũ: nã ymaginatur iste insanus ꝙ generatio sit quedã alia res a re que generatur qđ est falsum. nã generatio vt se extendit ad creationẽ est illud qđ creat̃ vel generatur. ❡ Ad quartam conceditur consequentia. ꝛ negatur falsitas ꝯsequentis et ad eius probationẽ conceditur ꝙ voluntas diuina est immutabilis. ꝛ negatur cõsequẽtia: quia dum volũtas diuina aliquã creaturã ꝑducit: ipsa non mutatur: sʒ creatura que producitur mutatur. cuʒ ipsa tunc sit ꝛ prius non erat. Unde quicquid deus producit eternaliter voluit producere si liceat eternaliter determinet illud verbum voluit. sed non voluit producere eternaliter cum non voluerit illud esse pro omni tẽpore possibili ꝛ ymaginabili: sed pro determinato tẽpore. ❡ Ad quintã conceditur cõsequentia large capiẽdo generationem et negatur falsitas consequentis. ꝛ negatur ꝙ omnis generatio large sumpta presupponat alterationẽ: nam creatio nullã alterationeʒ presupponit. ꝛ quicqđ agẽs naturale precedente alteratiõe: deus sine quacũꝙ alteratiõe precedẽte põt producere: ꝛ q̃ hoc negat non est verꝰ philosophus sed potius purus cecus dici debʒ. ❡ Quarto notandũ est. ꝙ illud nomen creatio siue illud verbũ creare quattuor modis capit̃ ❡ Primo modo vt tm̃ valet sicut ꝑmouere et sic capit̃ dũ dicit̃ papa creauit sortem l' epm̃. ❡ Scđo mõ capitur vt tm̃ valet sicut aliquid de nouo ꝑducere: ꝛ illo mõ capitur dũ dicitur itellectus creat intellectionẽ: ꝛ sic oĩs generatio potest dici creatio ❡ Tercio mõ capit̃ vt tm̃ valet sicut aliquid sine subiecto presupposito ꝑducere et sic productio angeli dicit̃ creatio ❡ Quarto mõ capitur vt tm̃ valet sicut indepẽdenter agere effectũ: ꝛ sic soli deo cõuenit creare: cum solus deus indepẽdenter agat: et oĩs creatura dependent: ita ꝙ non põt agere nisi deus ꝯcurrat ad eius actionem: nam immediate deus concurrit ad oẽm effectũ qui fit a creatura ita ꝙ est causa partialis illius effectus non est tñ intelligẽdũ ꝙ sit causa partialis talit̃ ꝙ deus ꝑducat vnã partẽ effectus et creatura aliã: nã nullã partem effectus potest ꝑducere creatura: deo non producente. Sed dicit causa partialis qꝛ nõ ipse solus talem rem producit nec sola creatura talem rem produxit. sed deus et creatura simul. exemplũ duʒ calor causat calorẽ: ille calor q̃ causat̃ non causat̃ a solo calore: nec a solo deo: sed causatur a deo ꝛ a calore: ita ꝙ aggregatũ ex deo et calore est causa totalis caloris: et sic in similibꝰ et propter hoc creatura dicitur causa partialis in tali actione: ꝛ deꝰ alia causa partialis: licet deus se solo posset causare illũ calorẽ qđ tñ nõ põt creatura. ❡ Cõclusio omẽ quod ab agente naturali scđm cõmunẽ cursum nature nullo presupposito miraculo fit subiecto presupposito fit: ista conclusio satis patet ex dictis: non est tamen intelligendũ ꝙ in omni actione presupponatur materia q̃ est pura pars essẽtialis compositi: nam intellectio fit et tñ non fit in tali materia: sed sufficit ꝙ presupponatur aliquid qđ se habet per modũ recipientis: modo ita fit dum intellectio fit et in similibus. ❡ Et ad rõnes ad oppositum. ❡ Ad primã negat̃ maior nam licet materia generet̃ subiectiue: tñ ex hoc nõ sequitur ꝙ generetur: nã generari subiectiue non est aliud ꝙ̃ recipere formã q̃ generatur. ❡ Ad secundam ꝯceditur maior ꝛ negatur minor: ꝛ ꝯceditur ꝙ volitio nõ fit in materia capiendo materiã ꝓprie: ꝛ negatur ꝯsequẽtia: qꝛ licet non fiat in ma

An res artificialis sit a re naturali vel naturalibus distincta.

teria tamen fit a voluntate in volūtate tā quam in subiecto suscipiente illam volitionem. ¶ Ad tertiam distinguitur maior: vel quod sit facta per creationē a deo: et sic conceditur vel ab agente naturali et sic negatur. ¶ Ad quartā cōceditur totū argumentum: nam dictū est quod omne quod fit ab agente naturali fit subiecto presupposito: dum nullum presupponatur miraculum: modo ibi est presuppositum miraculum precedens vt de se patet.

Queritur decimo: vtrum res artificialis sit distincta a re naturali vel a rebus naturalibus. ¶ Et arguitur primo quod sic: domus est res artificialis: et non est res naturalis ergo res artificialis est aliud a re naturali. ¶ Secundo sic: omnis res artificialis presupponit rem naturalem: ergo res artificialis nō est res naturalis ¶ Tertio sic: dum partes domus separantur aliqua res artificialis corrumpitur: et tamen nulla res naturalis corrumpitur: ergo res artificialis nō est res naturalis. ¶ Quarto sic. si omnis res artificialis est res naturalis: ergo omnis res naturalis est res artificialis: consequentia patet: quia non est aliqua ratio diuersitatis. ¶ Quinto sic si res artificialis est res naturalis sequeretur quod ista est concedenda statua est lapis: sed hoc est falsum: probatur falsitas consequentis per aristotelem septimo methaphysice qui illam negat. ¶ Sexto sic. faber fabricando ensem aliquid facit: et non facit rem naturalem: ergo facit rem artificialem: ergo res artificialis non est res naturalis. ¶ Septimo sic. factor vitri aliquam formam producit que prius non erat: ergo res artificialis non est res naturalis. ¶ Octauo sic. aristoteles secundo phisicorum ponit talem diuisionem: eorum que sunt quedam sunt a natura: et quedam sunt preter alias causas idest quedā alia sunt ab arte: ergo res artificialis distinguitur a re naturali. ¶ Nono sic naturalia habent in se principium motus et quietis: et artificialia non habēt in se principium motus et quietis: ergo res artificialis distinguitur a re naturali, vel a rebus naturalibus. ¶ Decimo sic in omni transmutatione aliquid acquiritur: sed per artē fit transmutatio: ergo per artem aliquid acquiritur: et non acquiritur res naturalis: ergo acquiritur res artificialis: ergo res artificialis distinguitur a re naturali. ¶ Undecimo sic. virtutes intellectuales et virtutes morales sunt res artificiales: et non sūt res naturales cū non insint nobis a natura: ergo res artificiales non sūt res naturales ¶ Duodecimo sic: artifex dū operatur aliquē motū causat et non causat motum naturalē: ergo causat motū artificialē: cum non videatur quē alium motum causaret: ergo res artificiales distinguūtur a rebus naturalibus.

¶ In oppositū arguitur: statua lignea est lignum: et omne lignum est res naturalis ergo statua est res naturalis: et statua etiam est res artificialis: ergo res artificialis est res naturalis. ¶ Pro solutione questionis notādū est primo: quod quadrupliciter aliquid dicitur naturale. Uno modo quia est ens habens in se naturam tanquam partem essentialē: et sic sola substantia composita ex materia et forma dicitur res naturalis ¶ Secundo modo aliquid dicitur naturale quia est ipsa natura: et sic forma substantialis dicitur res naturalis. Unde natura secundum aristotelem est principium motus vel quietis eius in quo est per se. Unde materia est principium passiuum motus vel quietis. cum in omni mutatiōe naturali que fit ab agente naturali pure passiue se habeat: et forma per se est principiū actiuum operationū naturaliū que fiunt ab ente naturali composito ex materia et forma.

¶ Tertio modo aliquid dicitur naturale. quia est illud mediante quo natura est nata exercere suas operationes naturales et sic caliditas dicitur naturalis respectu ignis: nā mediante caliditate ignis ē natus generare ignem. ¶ Quarto modo aliquid dicitur naturale respectu agentis et suscipientis: licet non sit naturale ex parte forme passiue. et sic caliditas in aqua potest dici naturalis: nā a calefaciente naturaliter causatur et naturaliter materia aque est susceptibilis talis caliditatis licet nō sit cōueniens forme substātiali ipsius aque cum ipsa forma aque eā remoto calefaciente destruat. ¶ Secundo notandum est. quod duplex est res artificialis: nam quedam est res artificialis in anima: et est qualitas existens in anima acquisita per laborem: et exercitium humanum: et sic quilibet habitus per laborem et exercitium acquisitus siue sit moralis: siue intellectualis potest dici res artificialis: et de tali artificiali nō est dubium quin sit res naturalis large capiendo rem naturalē licet non sit res naturalis propriissime capiendo rem naturalē Alia est res artificialis extra animam Unde res artificialis extra animā, est res se habēs aliqualiter per intellectū practicū et voluntatem liberam qualiter prius nō se habebat per suas causas naturales vt

scannū est res artificialis. nā illud lignū
quod est scannū aliqualiter se habet per
intellectum practicuʒ qualiter illud lignū
prius non se habebat per suas causas na
turales: et de tali re artificiali est hic ad
propositum. ¶ Illis notatis ponitur talis
conclusio. Res artificialis est res natura-
lis vel res naturales. ista conclusio proba
tur sic. annulus aureus est res artificialis
et idem annulus est res naturalis cum sit
aurum: modo omne aurum est res natura
lis: ergo annulus est res naturalis. Pro
batur expositorie sic arguendo hec res de-
monstrando annulum est res naturalis:
et hec res est res artificialis: ergo res arti
ficialis est res naturalis. consequentia te-
net expositorie. in tercia figura. premisse
sunt vere vt de se notum: ergo et conclusio
Secundo probatur conclusio sic. per solaʒ
ablationem partium a lapide fit statua:
vt de se patet: sed per solam ablationem
alicuius rei ab alia re nō producitur alia
res de nouo: licet remanens aliter se ha-
beat ꝙ̄ prius: vt patet per experientiam:
ergo res artificialis est res naturalis vel
res naturales. Tertio probatur per so-
lum motum localem nulla entitas produ
citur: sed dum fit statua ex lapide ibi nulla
est mutatio preter motum localem: vt ex-
perientia docet: ergo ibi nulla res de no-
uo acquiritur. Quarto probatur ista conclu
sio sic. si aliqua res de nouo acquiritur dum
ex ligno fit statua. vel illud esset aliqua qͣ-
litas vel aliquid aliud. sed non est dicen-
dum ꝙ acquiritur aliqua qualitas. Proba
tur sic: quia omnis qualitas extra animā
habet aliquam propriam operationem sʒ
illa nullam habet propriam operationē
cum non sit dabilis talis operatio: ergo
nulla est talis qualitas est. nec est dicen-
dū ꝙ acqͥrit aliqͩ aliud: ergo res artificia
lis ē res naturalis vl' res naturales. Qui
to sic. dū lapis fit statua aliq̄ forma acqͥri-
tur. vel illa forma est figura vel aliquid ali
ud. non est dicendum ꝙ illa forma que de
nouo tunc acquirit est figura: quia res que
est figura nō acquiritur de nouo: cum sit ip
sa res figurata: vt post ostendetur. Nec est
dicendum ꝙ sit aliquid aliud: cum non sit
tale dabile: ergo res artificialis non distī
guitur a re naturali vel a rebus naturali
bus. ¶ Et ad rationes ante oppositum.
Ad primam conceditur maior: et ad mino-
rem dicitur ꝙ licet domus non sit vna res
naturalis: est tamen plures naturales:
cum sit lapides et ligna debite colligata.
¶ Ad secundam distinguitur antecedens

vel ꝙ illa res que est artificialis presuppo
nat aliam rem naturalem ab ea que post
ea est artificialis: et sic negatur: quia duʒ
est artificialis non est alia: vel ꝙ res que
denominatur artificialis prius fuerit de-
nominata naturalis ꝙ̄ artificialis: et sic
conceditur antecedens ⁊ negat consequē-
tia. ¶ Ad terciā negatur maior. nam dum
partes domus separantur nulla res cor-
rumpitur: sed bene corrumpit res artificia
lis que erat ligna et lapides qui per pri-
us per debitam colligantiam erant res arti
ficialis: vt puta domus per illam separa-
tionem desinit esse res artificialis: scilicet
desinit esse domus. ¶ Ad quartam nega-
tur consequentia, et ratio diuersitatis ta-
lis est: quia ad hoc ꝙ aliqua res naturalis
sit artificialis requirit ꝙ talis res per al-
lationē partium factam mediante intelle
ctu practico aliter se habeat ꝙ̄ prius se ha-
bebat: vel ꝙ partes illi' rei aliter se habe
ant ꝙ̄ prius se habebant: modo non ita ē
de qualibet re naturali ideo non omnis
res naturalis est res artificialis. ¶ Ad
quintam conceditur consequentia: et ne-
gatur falsitas consequentis: et ad proba-
tionem eius dicitur: ꝙ Aristoteles non ne
gat illam tanꝙ̄ falsam: sed tanꝙ̄ inusita
tam tempore suo. nam alibi similes conce-
dit de rigore. ¶ Ad sextam negatur maior
de rigore: scilicet ꝙ aliquid faciat: sed fa-
cit ferrum aliter se habere per compressio
nem partium ꝙ̄ prius se habebat: et per
illam compressionem partiū ⁊ allationem
facit ꝙ ferrum denominetur res artificia-
lis: vt puta ꝙ denominet ensis ¶ Ad septi
mam negat antecedens. nam licet factor
vitri approximet actiua passiuis: non ta-
men introducit aliquid: sed agens natu-
rale cui approximat introducit formam
vitri ¶ Ad octauam conceditur ꝙ Aristo-
teles ponit talem diuisionem: sed ex hoc
non sequitur ꝙ res artificialis nō est res
naturalis: sed ꝙ alia ratiōe aliqua res di
catur artificialis et alia ratione dicit na-
turalis: et hoc est verum ¶ Ad nonā con-
ceditur maior et distinguit minor. vel ꝙ ar
tificialia non habent principiū motus ab
arte: et sic conceditur. nam artifex nichil
introducit per quod moueantur: vel ꝙ nō
habeant in se principium motus per ali-
quid productum per naturam, et sic nega-
tur. ¶ Ad decimam conceditt maior: quan-
do est trāsmutatio alteratiua: sed nega-
tur minor quando est transmutatio que p̄-
cise est motus localis: nā per motum loca-
lem precise nulla res inherens ei que trāsi

An figura sit res figurata.

11ª mutatꝰ acquiritur:sed sufficit ꝙ res successi
ue continue aliter se habeat qͣliter prius
non se habebat. ¶Ad vndecimam distin=
guitur maior : vel ꝙ sit res artificialis in
aia ⁊ sic conceditꝰ:vel extra aiam ⁊ sic ne=
12ª gatur:nã ibi est ad ꝓpositum de rebus ar
tificialibus extra aiam. ¶Ad duodecimã
negatur maior de rigore.quia sensus est ꝙ
causat aliquam rem de nouo que ẽ motus
que prius nõ erat.nã non valet cõsequen=
tia aliquã rem localiter mouet:ergo aliqͥd
causat:sed bñ sequitꝰ:ergo facit rem aliter
se habere qualiter ante non se habebat.

QUeritur vndecimo: vtrum figura sit
res figurata? Et arguitꝰ primo ꝙ nõ
qꝛ dũ cera circularis per cõpressionem fit
quadrangularis:figura corrũpitꝰ.et tñ ce=
ra que est res figurata nõ corrumpitꝰ:ergo
2ª figura non est res figurata. ¶Scdo si al=
bedo nõ est album:ergo figura non est res
3 figurata. ¶Tertio sic.res figurata est sub=
stantia:vt puta lignum.et figura ẽ q̄litas
cũ sit in qͣrta specie qualitatis:ergo figura
4 non est res figurata. ¶Quarto sic.si figu=
ra esset res figurata sequeretur ꝙ statua
non cõponeretꝰ ex ere ⁊ figura:qꝺ est cõtra
porphirium in predicabili de differentia.
5 ¶Quinto sic si figura ẽ res figurata seque=
retur ꝙ statuefactor nihil faceret:sed hoc
est falsum probatur falsitas consequẽtis
6 quia ars est habitus factiuus. ¶Sexto sic
figura accidit rei figurate:et res figurata
non accidit sibi ipsi:ergo figura non est res
7 figurata. ¶Septimo sic forma distingui=
tur ab eo cuius est forma:sed figura est for
ma rei figurate:ergo figura distinguitur a
8 re figurata. ¶Octauo sic.es non est figura
statue:ergo figura non est res figurata An
tecedens probatur: quia ex ere fit statua
9 sic figurata. ¶Nono sic dum aurifaber fa
cit annulũ fit transitꝰ de contradictorio in
cõtradictoriũ.nã prius nõ erat verum dice
re hoc est annulus:et post est verum dicere
hoc est annulus:⁊ ille trãsitus nõ põt fieri
sine acqͥsitione vel deꝑditione alicuius rei
10 ergo figura nõ est res figurata. ¶Decimo
sic.bene sequitur posito ꝙ cera circularis
cras ꝑ cõpressionẽ efficiatꝰ quadrãgularis
quicquid cera est hodie cras illud erit: et fi
gura sperica hodie est cera:ergo cera cras
erit figura spherica.consequentia tenet in
dabitis.conclusio est falsa:⁊ non maior er
go minor: ergo figura non est res figura=
ta. ¶In oppositũ arguitur:omne illud cui
conuenit diffinitio figure est figura:sed rei
figurate cõuenit diffinitio figure : ergo res
figurata est figura.maior est nota: et mi
nor probatur:qꝛ figura est que termino vel
terminis clauditur:sed res figurata quocũ
ꝗ accidente alio ab ipsa secluso termino
vel terminis clauditur:ergo res figurata
est figura. ¶Pro solutione questionis no= Sol.
tandum est. ꝙ figura sicut dictum est : est
res que termino vel terminis clauditur.
Uñ aliqñ res efficitꝰ talis figura per fusio=
nem.sicut patet de vasis ex multis metal
lis:et de multis aliis.Aliquñ do ꝑ cõpressi
onem partiũ:vt patet de gladio:⁊ aliquã
do per ablationẽ aliquaꝝ partiũ:vt patꝫ
de statua que fit ex ligno. ¶Secũdo notan 2
dum est ꝙ dum ex ligno fit statua: priꝰ nõ
erat verũ dicere ꝙ lignũ est statua: ⁊ post
debitã ablationem partiũ est verũ dicere li
gnũ est statua: nec ad talẽ variationẽ pre=
dicationis requiritꝰ ꝙ aliqͣ forma accidẽta=
lis sit acquisita in tali ligno.Unde sex mo=
dis possunt ꝓdicata cõtradictoria successi=
ue de eodem verificari.Uno modo propter
deꝑditionẽ alicuius rei.nã dum aer habet
lumen est verũ dicere illud corpus est illu=
minatũ:et per absentiam corporis lucidĩ
postea est verũ dicere: illud corpus est non
illuminatũ et hoc est ꝓpter deperditionẽ
alicuius rei scꝫ propter deperditionẽ lumĩ
nis.Scdo modo cõtingit ꝓdicata cõtradi=
ctoria successiue verificari de eodẽ propter
acquisitionẽ alicuius rei: et sic de lapide
ante eius calefactionem est verum dicere
hoc est non calidũ.⁊ post calefactionẽ est
verum dicere hoc est calidũ.et hoc est quia
lapis acqͥsiuit aliqͥd qꝺ pꝰus non habebat
scꝫ acqͥsiuit caliditatẽ quã prius nõ habe= 3
bat. Tertio modo cõtingit predicata ꝯtra
dictoria sucessiue verificari de eodem: pro=
pter motum localẽ: scꝫ eo ꝙ illud mouetur
localiter.et sic de sorte dum sedet est verum
dicere sortes est sedens et postꝗ surrexit
est verũ dicere:sortes est non sedens.⁊ ista
successiua verificatio non fit eo ꝙ sortes ac
quisiuit aliqꝺ accidens inherens ei:sed eo
eo ꝙ partes sortis aliter se habẽt ꝑ motũ
localẽ qͣliter prius nõ se habebãt. Simili=
ter dũ sortes mouetꝰ localiter de a in b.an
teꝗ sit in b erat veꝝ dicere sortes est non
existens in b:⁊ cõpleto motu est verũ dice=
re sortes est existens in b.et hoc non est eo
ꝙ sortes acquisierit aliqꝺ accidens inhe=
tus p̄mi mobilis supponit ꝓ p̄mo mobili:
et nō ꝓ spacio qđ p̄trāsit: ergo mot⁹ localis
est mobile qđ localit̄ et ꝯtinue aliter ⁊ alit̄
p̄tertrā̄sit spaciū. ¶ Quinta cōclusio motus
alterationis est q̄litas q̄ successiue acq̄rit̄ in
alterabili: ista cōclusio sufficient̄ est ꝓbata
p̄ rōnes ꝯclusionū p̄cedētiū. Et pōt ꝓbari
sic. nā quocūq̄ alio accidēte secluso a quali
tate q̄ ꝯtibilit̄ acquirit̄ ī alterabili illđ sub
iectū vere dr̄ alterari: ꝓbat̄ qȓ oē qđ acqui
rit aliquā qualitatē quā pri⁹ non habebat
dicit̄ alterari: s̄z q̄cūq̄ alio accidente seclu-
so ita est ꝙ subiectū acq̄rit qualitatē quam
pri⁹ non habebat: ḡ dr̄ alterari: ergo fru-
stra ponit̄ ille flux⁹ distinct⁹ cū ip̄a q̄litas ꝯ
partibilit̄ acq̄rit sufficient̄ dū acq̄ritur sit
fluxus: et ita pōt ꝓbari de argumētatiōe
⁊ de diminutiōe de rarefactiōe ⁊ de cōdē-
satiōe. Et ad rōnes ad oppositū. ¶ Ad p̄-
mā distiguitur maior: vł ꝙ mot⁹ sit res suc
cessiua distincta a mobili: ⁊ sic negat̄ vł ꝙ
mot⁹ sit successiu⁹. i. dum mobile mouetur
successiue mouetur: ⁊ sic ꝯceditur maior: ⁊ ēt
minor: ⁊ negat̄ ꝯña. ¶ Ad scđam negat̄ ma
ior: l̄z desinat eē mot⁹: qȓ dū mobile incipit
quiescere desinit moueri siue eē motus. ¶ Ad
tciā distiguit̄ maior vł ꝙ p̄tib⁹ illi⁹ rei q̄ ē
mot⁹ repugnet eē sił: ⁊ sic negat̄ vł ꝙ repu
gnet ꝙ mobile moueat̄ p̄ oēs p̄tes spacij si-
mul: ⁊ sic ꝯcedit̄: ⁊ ꝯcedit̄ minor: ⁊ negat̄ ꝯña
¶ Ad quartā distiguitur maior: vł ꝙ aliq̄s
mot⁹ est subiectiue ī mobili: ⁊ sic ꝯcedit̄: nā
mot⁹ alt̄ationis ē subiectiue ī mobili vł ꝙ ōis
mot⁹ sit subiectiue in mobili per realem
inherentiā. ⁊ sic negatur: vel p̄ denolatio
nem ⁊ sic concedit̄: nā omnis talis est de
nominatiua ens naturale mouetur ⁊ cōce

ditur minor, negatur ꝯña. ¶ Ad q̄ntā disti
guitur maior vł ꝙ nulla res q̄ est mot⁹ sit
in instāti. ⁊ sic negatur vel ꝙ nullus mot⁹
potest esse in instanti idest ꝙ nichil potest
mouere in instanti: ⁊ sic cōceditur ⁊ cōcedi
tur minor: ⁊ negatur ꝯña. ¶ Ad sextā disti
guitur maior vel capiendo illos terminos
motus et mobile scđm suppositionem sim-
plicē. ⁊ sic cōceditur vł scđm suppositionē
p̄sonalē: ⁊ sic negatur. ¶ Ad septimā con
ceditur maior: ⁊ distinguitur minor: vel ꝙ
per motū tanq̄ per entitatē distinctam a
mobili aliq̄d acquiratur. ⁊ sic negatur vł ꝙ
per motū aliq̄d acquiritur. id est dū mobi-
le mouetur aliquid acquiritur. vt puta loc⁹
vel aliq̄ñ aliqua qualitas et sic conceditur
minor, ⁊ negatur cōsequētia. ¶ Ad octauā
negatur cōsequētia: qȓ nō dicuntur quinq̄
sēsibilia comunia eo ꝙ distinguātur a pro
prijs: s̄z qȓ illa nomina significāt res quarū
vna percipit̄ a sensu vnius sp̄ei et alia a
sensu alterius speciei. ¶ Ad nonam distin
guitur: vel ꝙ mot⁹ sit res tarda vel velox.
et sic negatur vel ꝙ mobile dum mouetur
tarde vel velociter mouetur. ⁊ sic cōceditur
maior: et negatur minor. ¶ Ad decimam
ꝯcedit̄ illa īdefinita: s̄z negatur ista vniuer
salis: omīs motus est actus mobilis: ⁊ ad
Aristotelē dicitur ꝙ aristoteles nihil aliđ
vult nisi ꝙ oīe mobile dum mouetur actu
acquisiuit aliquid de medio vel de forma ⁊
habet adhuc aliquid acquirere. ¶ Ad vn-
decimā distinguitur maior vł ꝙ res q̄ sunt
illi mot⁹ sint res cōtrarie. ⁊ sic negatur vel
ꝙ illa mobilia cōtrario modo mouentur ⁊
sic conceditur ⁊ cōceditur minor: ⁊ negatur
cōsequētia. ¶ Ad duodecimā distinguitur
ꝯseq̄ns: vł ꝙ mat̄ia eēt act⁹ informās. ⁊ sic
negatur vel ꝙ esset act⁹. i. aliq̄d qđ actu p̄
transiuit aliq̄d de spacio: ⁊ sic conceditur
¶ Ad decimā tertiā distinguit̄: vel creando
nouū spaciū: ⁊ sic cōceditur vel nō creando
⁊ sic negatur. ⁊ negatur ꝙ mot⁹ non ē mū
d⁹: si moueretur motu recto in aliq̄ spacio.
¶ Ad decimā quartā distinguit̄ maior vel
ꝙ mot⁹ localis sit res violēta sic ꝙ nō na-
turalis. ⁊ sic negatur vel ꝙ aliq̄s mot⁹ lo
calis sit violētus. i. ꝙ aliqđ mobile mouea
tur violēter ⁊ sic cōceditur maior: etiam mi
nor: ⁊ negatur ꝯña. ¶ Ad decimam q̄ntā
cōceditur maior: qȓ sensus est aliq̄d qđ loca
liter mouetur generat calorē ⁊ hoc ē verū
nā p̄ cōfricationē gn̄at calorē. ⁊ negat̄ mi-
nor. nā l̄z lapis frigidus p̄ frigiditatē non
gn̄et calorē. tñ aliq̄ñ p̄ confricationem cum
alio corp̄e gn̄at calorem. ¶ Ad decimam sex
tā cōceditur antecedens. ⁊ negatur conse-

quentia: qz non est simile. nā motus alte-
ratiōis ē qualitas q̄ successiue fit. ¶ Ad
decimā septimā negaꝛ maior. et conceditꝛ
13 minor. ¶ Ad decimam octauam distinguitꝛ
maior. vel ꝙ res que est motus sursum et
res q̄ est motus deorsum contrarientur: et
sic negatur vniuersaliter vel ꝙ mobile qđ
mouetur sursum z mobile qđ mouetur de-
orsum cōtrario modo se habeant. z sic con-
ceditur maior et etiā minor. z negaꝛ cōse-
19 quentia. ¶ Ad decimā nonam cōceditꝛ ma
ior et distinguitur minor vel ꝙ motus sit
quedā vna res distincta a re ꝑmanente et
sic negaꝛ vel ꝙ motus sit via idest ꝙ illud
qđ mouetur acquisiuit aliquid z habet ali
quid z habet aliquid acquirere z sic conce
20 ditur z negatur consequētia. ¶ Ad vigesi-
mam distinguitꝛ maior vel ꝙ omnis mot⁹
diuidatur diuisione mobilis tanꝙ res di
stincta a mobili et sic negatur vel ꝙ diui-
datur diuisione mobilis. i. ꝙ sicut mobi-
le circunscriptiuū est diuisibile ita diuisibi
liter pertransit spaciū. z sic cōceditur/ et ne
21 gatur minor et etiam cōsequētia. ¶ Ad vi-
gesimā primā cōceditꝛ cōsequētia/ et nega-
tur ꝙ ꝯsequens sit falsū. Unde dū aliquid
mouetur a frigiditate in caliditatē ibi est
motus deꝑditiu⁹ qui est frigiditas q̄ perdi
22 tur. z illū motū sequitur mot⁹ acquisitiuus
qui est caliditas q̄ post acquiritur. ¶ Ad
vigesimā scđam distinguitur antecedens
vel ꝙ albedo acquiraꝛ per quādam rem di
stinctā ab albedine que dicitꝛ albefactio. et
sic negatur: vel ꝙ albedo acquiritur per al
befactionem. idest ꝙ dum aliquid albefit
acquirit albedinem z sic conceditur: et con
ceditur minor z negatur consequentia.

Queritur decimo sexto. vtrum quelibet
forma accidentalis sit intensibilis ꝑ
aliam formam de nouo aduenientem. Et ar
guitur primo ꝙ non: et hoc sic quelibet for
ma intenditur ꝑ depurationē a suo contra
rio. ergo nō per aduentū noue forme. An
cedens ꝓbatur per Aristotelem tertio tho
picoꝝ dicentē ꝙ illud est albius qđ est ni
2 gro inpermixtius. ¶ Scđo sic. nulla forma
intēditur. ergo male dicitꝛ ꝙ intenditur ꝑ
aduentū noue forme. Antecedēs ꝓbatur.
qz nec forma ꝑcedens intēditur nec forma
3 sequēs. ¶ Tertio sic. in motu locali mobi-
le continue est in alio et alio loco: ita ꝙ si
mul non est in termino a quo et in medio:
ergo in alteratione forma prior nō manet
4 cum posteriore. ¶ Quarto sic generatio
vni⁹ rei scđm Aristotelem est corruptio al-
terius ergo forma ꝑcedens non manet cū
5 illa que posterius acquiritur. ¶ Quinto sic

termini motus sunt incōpossibiles: sz for-
ma accidētalis ꝑmo acq̄sita et forma acci
dētalis posteri⁹ acquisita sunt termini mo
tus ergo sūt icōpossibiles. ergo vna nō ma
net cū alia. ¶ Sexto sic. cōtraria nō sunt si 6
mul in eodē subiecto: sz forā intēsa q̄ est se-
quēs z forma remissa q̄ est ꝑcedens sūt cō-
trarie. ergo nō sūt simul i eodem subiecto.
¶ Septimo sic. acq̄sito ꝑmo gradu ē termi- 7
nata alteratio g̃ non acq̄ritꝛ ali⁹d maneat
cū ꝑmo. ¶ Octauo sic si forā posteri⁹ acq̄si- 8
ta maneret cū forma prius acq̄sita. seq̄retꝛ
ꝙ duo corpora se haberēt penetratiue/ scꝫ
forma ꝑcedens et forma sequēs. sz hoc ē cō
tra aristotelē in q̄rto phisicoꝝ. ergo nō ma
nēt simul. ¶ Nono sic. si ꝑs prior forme mane 9
ret cū posteriore. seq̄retꝛ ꝙ ille due forme fa
cerent vnū: sed hoc est falsū. ꝓbaꝛ falsitas
ꝯseq̄ntis. qz nō videtꝛ q̄ vnitate faciūt vnū.
¶ Decimo sic. eēntia forme est indiuisibilis 10
g̃ forā nō itēditꝛ ꝑ ꝑtialē formā aduenietē
de nouo. ꝓbaꝛ añcedēs: qz eēntia rei consi
stit i indiuisibili. ¶ Undecimo sic. si pars 11
ꝑor et posterior manerēt simul. sequeretꝛ ꝙ
aliquid eēt simul itēse calidū z remisse cali
dū: sz hoc ē falsū. ꝓbaꝛ tn̄ cōseq̄ntia: quia il
lud hꝫ primū gradū caliditatis. g̃ est remis
se calidū. z hꝫ ꝑmū gradum z vltimū et me
dios. g̃ est itēse calidū. ¶ Duodecio argui- 12
tur sic si forma accidētalis est intēsibilis il
lo mō ergo ē remissibilis ꝑ deꝑditionē gra
dus a gradu. sz hoc ē falsū. ꝓbaꝛ falsitas cō-
sequētis. qz non videtꝛ q̄s gradus primo de
beat corrumpi. ¶ Decio tertio arguitꝛ sic. si 13
forma intēditꝛ ꝑ aduētū noue forme q̄ facit
vnā totā cū priore forma. seq̄retꝛ ꝙ forma in
fine intēsionis eēt infinita qđ est falsū pro
batur ꝯsequētia. z volo ꝙ lumē intēdaꝛ ꝑ
vnā horā ꝯtinue. tūc arguitꝛ sic. in ꝑma par
te ꝓportionali hore aliq̄ ꝑs luminis acq̄ritꝛ
et in scđa equalis vel maior cū passum sit
magis dispositū z sic de aliis. et i fine hore
infinite ꝑtes eiusdē ꝓportiōis sunt ꝑtran-
site. g̃ i fine hore erūt īfinite ꝑtes q̄litatis ac
q̄site. ergo lumē in fine hore erit infinitum
intēsiue. ¶ Decimo q̄rto sic. in oī intensio- 14
ne ē dabile primū intēsū esse. ergo vna pars
forme eiusdē intēsionis nō acquiritur post
aliā. ¶ Decimo q̄nto sic oīs forma est indi- 15
uisibilis. ergo nulla forma ītēditꝛ. Añcedēs
ꝓbaꝛ ꝑ auctorē sex ꝑncipioꝝ dicentem. For
ma ē cōpositioni ꝯtingēs indiuisibili essen
tia consistens. ¶ Decimo sexto sic: si for- 16
ma accidentalis intēderetur vel esset for
ma in aīa vel extra animā. Non forma in
anima. qz tunc seq̄retꝛ ꝙ q̄litas spiritualis
esset diuisibilis qđ est falsum. ergo forma

spiritualis non est intensibilis nec corpo-
ralis. patz per rõnes factas. Decimosepti
17 mo: arguitur sic. si pars posterior forme ma
neret cū priore. sequeretur q duo acciden-
tia solo numero differētia essēt in eodē sub
iecto qd est cōtra Aristotelē quinto metha
18 phisice ¶ Decimo octauo arguitur sic. si
forma intenderet illo modo. non est maior
ratio q̄re vna pars prius acquirit q̄ alia
ergo nō intēditur illo mō. añcedēs pbatur
q: agēs naturale nō est magis determina
tū ad vnā partē q̄ aliam ¶ Decimo nono
19 arguit sic. aliquod albuz fit albius sine no
ua acquisitiōe albedinis: ergo forma nō in
tēdit p aduentū noue forme. añcedēs pro-
batur: q: dū aliqd albū condensat fit albi
us. et tñ non acquirit albedinē de nouo
20 ¶ Uigesimo arguitur sic. si plures partes
forme cōtinue faciūt formā perfectiorem. se
quitur q vna albedo est essentialiter perfe
ctior alia: sz hoc ē falsū. pbatur q: in indi-
uiduis eiusdē speciei essentialis non est or-
do pfectionis essentialis. ¶ In oppositum
arguitur. dū ferrū calefit plures partes ca
loris eiusdē intēsionis hz in fine calefacti
onis q̄ i pncipio. cum magis calefaciat
in fine q̄ in pncipio vt experientia docet
g forma intenditur per acquisitionē noue
forme. pro solutione questionis. ¶ Notan
1 dum est primo. q istud nomē forma tribus
modis capitur. Uno mō pro omni re signifi
cata p terminū abstractū: z sic homo dr for
ma. cū significat p istud nomen abstractuz
2 hūanitas. Scdo modo capitur pro oi re q̄
non est cōposita. sic deus dicitur forma sim
3 plex. Tertio mō capitur p re que causat in
genere cause formalis: scilz dando esse sim
pliciter vel dando esse tale. z sic capitur hic
in proposito. Unde duplex est forma scilicz
forma substantialis z forma accidentalis
Uñ forma substātialis non est intensibilis
nec diuisibilis. nec pōt assignari alia cau
sa nisi q: est natura eius. z talis forma dat
esse simpliciter. Sed ois forma accidenta-
lis est intēsibilis z remissibilis. ita q de na
tura eius est q possit intendi z remitti z ta
lis forma dat soluz suo subiecto esse aliq̄le
et appellat ois forma accidētalis alio no
mine q̄litas. ¶ Scdo notandum est: q du-
pliciter potest intelligi q forma intendit
Uno mō q aliqua forma sit perfectior vno
tpe q̄ alio tpe. z sic nulla forma intēditur.
Nam pars prior non est perfectior dum
est cum posteriore q̄ prius erat nec poste-
rior pars est pfectior dum est cū priore pte
q̄ si esset sine illa Alio mō potest intelli
gi q forma siue qualitas intenditur isto

modo. quia pars que primo acquiritur et
partes que post eā acquiruntur. simul sunt
vna forma siue qualitas perfectior q̄ esset
pars q̄ primo erat acquisita. z sic ē verū q
forma accidentalis intenditur. z sic debet
intelligi qñ dicit q forma accidentalis in
tēditur. Unde q̄libet pars forme que cum
alia facit formā perfectiorē et intensiorem
appellat gradus Uñ gradus sic diffinitur
gradus est qualitas nata esse vnitiue z pe
netratiue in eodē subiecto adequate cum
alia qualitate eiusdem speciei essentialis
absq3 hoc. q de per se fiat maior magnitu
do. Unde partes alicuius forme sunt du
plices. Nam quedā sunt extensiue et alie
graduales siue eiusdē intensionis. Unde
partes extensiue qualitatis sunt partes
situaliter distantes. ita q vna est in vna
parte loci z alia est in alia parte loci Alie
sunt partes qualitatis graduales que di-
cūtur partes eiusdē intēsionis. vt sūt par
tes qualitatis eiusdē spēi essentialis que
sunt precise et adequate in eodem subiecto
vnitiue et penetratiue. nam videmus q
dum ferrū calefit z est calidū in omni par-
te eius: si adhuc maneat in igne secūdū se
totū acquirit aliam caliditatē q̄ recipitur
precise z adequate vbi erat prior caliditas
Uñ qualitas materialis sicut est caliditas
habet partes extensiuas: cū habeat ptes
situaliter distātes z habet partes gradua
les. Sed qualitas spiritualis sicut est sciē-
tia vel virtus. hz partes graduales: sed
non habet ptes extensiuas: cū nō habeat
ptes situaliter distātes. ¶ Cōclusio respon
siua: quelibet forma accidentalis est intē-
sibilis per aductū noue forme. pbatur ista
conclusio sic. sit aliqd corpus luminosū a. et
corpus susceptiuū luminis b. et illud corpus
luminosū continue moueat versū b. qd est
susceptiuū luis. experiētia docet q lumen
erit magis intensum in fine q̄ i pncipio
et hoc non est nisi p lumen de nouo genitū
in eodem corpore i quo erat pumū lumen
ergo lumē intēditur p aduentuz noui luis.
ergo forma accidentalis intenditur per
aduentum noue forme que manet cum po- 2
steriore. ¶ Scdo sic. quelibet alteratio
proprie dicta est motus continuus. et in
quolibet motu continuo aliquid acquirit
et in alteratione non videtur quid acqui-
reretur nisi noua forma que manet cum
priore. ergo forma est intensibilis per ad-
uentū noue forme. ¶ Tertio sic. agens na 3
turale debite approximatum agit in pas
sum bene dispositum: sed ignis debite ap-
proximatus ferro secundū omnem partem

eius habenti paruam caliditatẽ est agẽs
naturale. ergo agit in passum bene dispo
situm: scilz in ferrum etiã omni actiõe pro
prie dicta acquisitiua aliquid fit de nouo
et in ista nõ fit de nouo nisi caliditas que
recipitur precise vbi erat precedẽs scilicet
in ferro. ergo forma accidẽtalis intendit̃ p
4 aduentum noue forme. ¶ Quarto arguitur
sic. intensio noue forme accidẽtalis nõ po
test saluari per maiorem rarefactionẽ sub
iecti. ergo fit per acquisitionez noue forme
que manet cum priore. pbatur. qz experiẽ
tia docet q in ferro calido caliditas inten
ditur. et non p rarefactionẽ ferri Nam fer
rũ pedale ante calefactionẽ est etiaz peda
le post magnã calefactionẽ. g non saluat̃
ibi intensio caloris p rarefactionẽ subiecti
ergo talis intensio fit p generatione noue
forme q̃ manet cum priore forma in eodem
5 subiecto precise et adequate. ¶ Quinto ar
guitur sic. intensio noue forẽ accidentalis
nõ potest saluari per maiorẽ radicationẽ
forme in subiecto ergo intẽditur p formam
que gñatur de nouo. probatur sic. qz calidi
tas q̃ est in toto ferro calido in medio ca
lefactionis: non magis est radicata in fer
ro in fine calefactionis q erat in medio.
ergo nõ saluatur intẽsio forme accidenta
lis per maiorẽ radicationẽ. pbatur ãtece
dens qz vel illa caliditas in medio calefa
ctionis, inherebat toti ferro. ita q tota to
ti et pars parti: vel nõ. Si primũ. ergo ipsa
non est magis radicata in fine q̃ in prin
cipio. cũ in fine etiaz solum tota illa calidi
tas inhereret toti ferro et ps parti sicut in
principio. si nõ: ergo i fine calefactionis il
la caliditas que erat acquisita in medio
inheret alicui pti cui prius. non inherebat
ergo accidens migrat de subiecto in subie
ctũ: ita q ipsum existens in vno subiecto in
cipit informare aliud subiectum qđ est na
turaliter impossibile g nõ potest saluari i
tensio forme accidentalis p maiorẽ radica
tionẽ in subiecto: ergo intensio fit p aduen
6 tum noue forme que manet cum priore.
¶ Sexto sic. q̃litas spiritualis intenditur.
et nõ per maiorem radicationẽ eius in suo
subiecto. ergo intẽsio nõ põt saluari p maio
rem radicationẽ. maior est nota per experiẽ
tiã. et minor pbatur: qz post viginti actus
virtutis melius quis elicit actum q̃ solum
post duos ¶ Tunc arguit sic: vel per alios
act9 aliqđ ei. genitũ de habitu qđ manet
cum primo vel nihil. si aliquid est genitum
qđ manet cũ primo. ergo intẽsio fit p aduẽ
tum noue forme si nihil de nouo generatur
per vlteriores actus: sed solum habitus ge
nitus per primum actũ magis radicatur.
Probatur q non: quia vel ille habitus ma
gis radicatur eo q inheret alicui cui pri
us non inherebat: vel magis inheret q̃
prius. Non primũ qz prius inherebat aĩe
rõnali et in fine aliorũ actuum etiã p̃esse in
heret eidẽ anime rõnali. ergo hoc nõ est eo
q inheret alicui cui prius non inherebat.
Nec potest dici q hoc est eo q magis inhe
ret anime rationali q̃ prius. pbo sic. qz il
le habitus primo inherebat. anime rõnali
tanq̃ subiecto indiuisibili. ergo ille habit9
inherebat toti aĩe rõnali: ita q nihil erat
anime rationalis qđ non haberet illũ ha
bitum. nam qđ indiuisibili inheret itime
est ei presẽs: ita q nullo mõ põt esse ei ma
gis presens p inherẽtiã. ergo habẽs illum
habitũ in fine nõ elicit actum facili9 et me
lius eo q primus habit9 est magis radica
tus in subiecto. ergo est ppter acquisitionẽ
noue forme que facit vnũ cum priore ¶ Se 7
ptimo sic. actus diligendi circa aliqđ obie
ctũ intenditur. Nã experiẽtia docet q ali
qđ obiectũ magis et magis continue diligi
mus. et ille actus nõ intenditur p maiorez
radicationem in suo subiecto. pbatur sicut
probatum est qz est in subiecto indiuisibili
ergo non intendit̃ p maiorẽ radicationem
cum per nullã potentiã possit magis radi
cari nec itẽditur ille actus p rarefactionẽ
sui subiecti: cum illud subiectũ nõ possit ra
refieri. nec est dabilis alius modus a mõ
qui datur p acquisitionez noue forme. ergo
forma accidentalis intẽdit̃ p acquisitionẽ
noue forme que facit vnum cum priore
¶ Octauo sic. experientia docet q ille qui 8
longo tpe argumẽtat9 est in aliquo mõ sil
logistico in fine facillime elicit actuz argu
mẽtandi in illo mõ. g tunc habet aliqđ qđ
non habebat in principio dũ solũ ter aut
quater argumentatus erat in illo mõ: vel
nichil habet quin illud prius haberet. Si
habet aliqđ quod prius nõ habebat et non
videtur quid illud sit nisi nouus habit9 fa
ciens vnũ totũ et pfectũ habitũ cum priore.
ergo intẽsio fit p aduẽtũ noue forme. Si di
catur q nichil habet in fine nisi precise qđ
habebat in principio ergo non melius eli
ciet actum in fine q̃ in principio quod est
contra experientiam. et etiam tunc eque
bene et eque facile poterat elicere actum
in principio sicut in fine nullo alio acqui
sito quod est manifeste falsum. g q eliciat
actum facilius in fine q̃ in principio hoc
est per acquisitionem noue forme. ¶ No 9
no sic actus augmentant habitum secun
dum doctrinam Aristotelis. et talis aug

mentatio nõ põt fieri nisi ꝑ aliquid de no-
uo superueniẽs: ergo additur alteri: ergo
intensio forme fit ꝑ aduentum noue forme
10 ¶ Decimo sic intẽsio forme accidẽtalis nõ
põt saluari ꝑ vltimũ gradũ precise: ita ꝙ
cõtinue dũ vnus generatur alter corrũpitur
et in fine solũ manet vltimus ꝓbatur sic qꝛ
vel primus gradus durat solũ ꝑ tps vel solũ
per instans. Si dicatur ꝙ durat ꝑ tps ergo
in aliquo tpe duo gradus sũt simul: quod
ꝓbatur sic: qꝛ volo ꝙ ille gradus duret ab
a vsqꝫ ad b. Tũc arguitur sic agẽs ꝯtinue a-
git aliqͩ de nouo de a. vsqꝫ ad b. et non ni
si nouũ gradũ: ergo ille gradus ĩ illo tpe erit
simul cum ꝑmo gradu: ergo plures gradus
forme accidẽtalis pñt esse simul in eodem
subiecto. Si dicatur ꝙ ille gradus solum du
rat ꝑ instans ĩ illo subiecto: ꝓbatur ꝙ nõ
qꝛ vel ille gradus est acquisitus in tpe vel in
instãti. Si in tpe ergo habet partes q̃ sunt
simul in aliq̃ instanti qꝛ omne qđ est acqui
situ in tpe partibiliter est acqͥsitũ: scilicet vna
pars post aliã: ⁊ ille partes sunt ĩ aliquo
instãti simul: ergo plures partes forme sũt
simul ꝑ tempus: ergo non solum per instans
Si dicat ꝙ ille gradus est acquisitus totus
simul ⁊ precise durat per instans: ergo si-
mul est ⁊ non est quod est impossibile. pro-
batur sic. ille gradus incipit esse in a. in-
stanti: ergo est in a. instanti: et immedia-
te ante hoc non erat in a. instanti: et ille
gradus desinit esse in a. instanti cum solũ
duret per instans: ergo ille gradus non est
in a. instanti et immediate ante hoc fuit
in a. instanti: ergo simul est in a. instanti:
et non est in a. instanti quod est impossibi
le nec valet dicere ꝙ prima exponẽs illius
de desinit debet esse vna affirmatiua: ⁊ se
cunda negatiua. nam illa forma est res ꝑ
manens: ergo exponibilis eius de desinit
debet exponi per negationem de presen-
ti ⁊ per affirmationem de preterito. ¶ Un
11 decimo sic. si quilibet gradus illius forme
solum duraret per instans: sequeretur ꝙ
motus alterationis componeretur ex mu
tatis esse quod Aristoteles habet pro im-
possibili in sexto phisicorum. probatur sic
quia per te primus gradus acquiritur in in
stanti: et secundus nõ acquiritur in tẽpore
mediate sequenti: sed in instanti et sic de
aliis gradibus: ergo motus componitur
ex mutatis esse quod est impossibile: ergo
impossibile est ꝙ intensio fiat illo modo.
Item sequeretur ꝙ calefaciens causat ali
quid: et in tempore sequente quiescit: et
post causat in instanti: et post cessat a sua
actione: et post agit et sic consequenter

quod est manifeste falsum. probatur fal-
sitas consequentie: quia tunc nulla altera
tio esset motus continuus/ et ꝙ nullus effe
ctus qui est qualitas continue fieret quod
manifeste est falsum et contra experientiã.
Nam tunc alterabile continue alteraretur.
et tamẽ nullã qualitatem acquireret: quod
est impossibile. ¶ Duodecimo arguitur 12
sic. forma accidẽtalis remittitur per deperdi
tionẽ partis a parte. ergo etiã intenditur ꝑ
acquisitionẽ partis post partem. Antece
dẽs probatur sic. qꝛ dum calidum remittit
frigidum: vel simul corrũpit totã frigidita
tem vel vnã partẽ post aliam. Non ẽ dicẽ
dum ꝙ simul corrũpit totã frigiditatem qꝛ
experientia docet oppositum: et etiam tũc
non remitteret frigiditatem: sed oino cor
rũperet. Si dicatur ꝙ calidũ remittit fri-
giditatẽ taliter ꝙ destruit vnã partẽ eiusdẽ
intẽsionis añ aliã: ⁊ post aliã ꝯtinue si mo
tus calefactiõis sit ꝯtinuus. ꝙ illa frigiditas
hꝫ ptes eiusdẽ intẽsionis siue ptes gradua
les qđ est propositũ. ꝗ sicut ille partes cor
rũpuntur vna post aliã. ergo etiã dũ gene
rabãtur vna generabatur post aliã. Nam si
cut res naturalis se habet ad corrũpi ita
ad generari. ¶ Decimo tertio arguitur sic 13
dũ ex aere fit ignis materia que fuit ma-
teria aeris post susceptionẽ forme ignis
habet maiorem caliditatẽ ꝗ habebat dũ
erat sub forma aeris ergo aliqua caliditas
est genita que cũ caliditate q̃ erat in ma-
teria dũ illa materia erat sub forma aeris
facit vnũ. ergo forma intenditur ꝑ aduen-
tum noue forme que cũ priore facit vnum.
Si dicatur ꝙ caliditas corrũpitur et alia
perfectior generatur. hoc est falsum: quia
tunc sequeretur ꝙ in elemẽtis simbolisan
tibus non esset facilior trãsitus ꝗ in nõ
simbolisantibus quod est contra Aristote-
lem in secundo de generatione dicentẽ. ꝙ
qualitas simbola manet. ergo cum sit ma
ior caliditas in materia ignis post gene-
rationẽ eius ex aere. sequitur ꝙ hoc ẽ per
nouam caliditatẽ genitã de nouo que ma-
net cum caliditate q̃ prius erat in illa ma
teria cum forma aeris. ergo forma accidẽ
talis intenditur ꝑ aduẽtum noue forme que
manet cum priore. ¶ Decimo quarto ar- 14
guitur sic. signo aliquã partẽ ignis in conca
uo orbis lune que sit b. Tunc arguitur sic.
tanto sol magis accidit ad. b. b habet ma
ius lumen. et hoc non est quia b. rarefit:
quia b. iuxta concauum orbis lune est ra-
rissimum naturaliter. ergo lumẽ non ẽ ma
ius precise propter raritatem subiecti. nec
ꝓpter maiorẽ radicationẽ. vt probatũ est

superius. ergo lumen in fine accessus est
maius eo ꝙ est genitū nouum lumen quod
manet cū priore. ergo forma accidētalis ē
intensibilis per aduentū noue forme q̄ ma
15 net cū priore. ¶ Decimoquinto arguitur sic
caritas xp̄i est maior intensiue q̃ caritas
anime beati petri: vt notum est catholico.
aut igiť est maior qꝛ habet plures partes
graduales: aut aliquo alio modo: si est ma
ior eo ꝙ habet plures partes graduales
ergo habet propositū: scꝫ ꝙ intētio fit ꝑ ad
ditionē partis ad partē. Nā licet illa ca
ritas fuerit causata in instanti poterat tn̄
causari successiue. Si dicať ꝙ nō est maior
caritas intensiue ex pluralitate graduū.
Sed alio mō arguiť sic. non est dandus ali
us modus vt sufficiēter probatū est. ergo ē
maior ꝓpter pluralitatē partiū eiusdē in
tensionis. ergo forma est intēsibilis ꝑ ad
uētum noue forme que manet cū posterio
16 re. ¶ Decimosexto arguitur sic. deus pōt
ponere caritatē q̄ est in anima beati pau
li in aīa beati petri. ponatur ꝙ ita est. Ar
guiť sic caritas anime beati petri postq̃
est ei addita alia est maior q̃ prius ita ꝙ
aggregatū ex illis duabus caritatibꝰ est
intēsior caritas q̃ fuerit caritas que ꝓus
erat in anima beati petri. et hoc nō est ni
si ꝑ additionē caritatis ad caritatē. ergo
forma accidentalis intenditur ꝑ aduentū
noue forme que manet cum priore. ¶ De
17 cimo septimo arguitur sic. catholicus exi
stens in caritate orat deū vt infundat sibi
caritatē iuxta illud ad philippēses primo
et hoc oro vt caritas vestra magis ac ma
gis abundet/ et non orat vt infundat sibi
caritatē quā habet: vt notū est. ergo orat
vt infundat sibi caritatē de nouo ꝑ quam
cū illa quā habet intēsius poterit diligere
deū. ergo intēsio forme accidentalis fit ꝑ
aduētum noue forme que manet cum prio
re. Item ecclesia orat vt deus augmentet
caritatē nostrā. vt patet i illa collecta da
nobis dn̄e fidei spei ⁊ caritatis augmentū
et augmentatio non fit nisi per aliquid qđ
de nouo aduenit: vt de se patꝫ ergo forma
accidētalis intendiť per aduētū noue for
me que manet cū priore. ergo cōclusio vera
¶ Et ad rōnes ante oppositū. Ad primā
negať antecedēs. nā impossibile est ꝙ for
ma intēdať ꝑ depurationē a suo cōtrario
nā lumē intēditur. ⁊ tn̄ non intēdiť per de
purationē a suo cōtrario. Siľr dū aliquis
acquirit scientiā de ista cōclusione omnis tri
angulus habet tres angulos de qua ta
men nunq̃ habuit errorem. per plures de
monstrationes illa scientia intenditur. et
tamē nō intēditur per depurationē a suo
cōtrario: cū habens illā scientiā nunq̃ ha
buerit cōtrariū illius sciētie: et ad ꝓbati
onē eiꝰ diciť ꝙ Aristoteles voluit habere
ꝙ tanto aliquid est albiꝰ tanto minꝰ cōue
nit cū nigro: immo magis dissimilatur ni
gro et hoc est verum. ¶ Ad scđam distin 2
guitur maior. vel ꝙ nulla forma intendať
id est ꝙ non fiat maior q̃ erat et sic cōcedi
tur: vel ꝙ ex forma ꝓcedēte ⁊ ex forma se
quente non fit intēsior forma q̃ fuerit pri
or: et sic negať: et ad ꝓbationē dī similiter
¶ Ad terciā cōceditur añcedēs: et negatur 3
cōsequētia: qꝛ in aliquo est simile et in ali
quo est dissimile. nam in hoc est simile: qꝛ si
cut mobile localiť successiue pertrāsit medi
um ita alterabile qđ alterať ꝯtinue succes
siue acquirit qualitatem. Sed dissimile est
qꝛ mobile localiť dū mouetur localiť nihil
ratione illius motus acq̄rit quod sibi inhe
reat: sed alterabile dū alterať acquirit qua
litatē q̄ manet i alterabili inhesiue. ¶ Ad 4
quartā negať añcedens ꝓprie capiendo il
lā ꝓpositionem: imo nulla generatio est
corruptio: nec hoc voluit Aristoteles: sed
voluit ꝙ anteq̃ aliqua forma generetur
in aliquo subiecto oportet ꝙ prius natura
illa q̄ est sibi repugnans in illo subiecto cor
rumpať: et hoc est verū nā vna forma non
generať in aliquo subiecto quādiu sua con
traria est in illo subiecto: sed ex hoc non se
quitur ꝙ per aduētū vniꝰ gradus corrum
patur precedens q̄ est eiusdē speciei: nam
illi gradꝰ nullā habent repugnātiā. ¶ Ad 5
quintā distinguiť añs: vel termini motꝰ ab
vno cōtrario in alterū: et sic cōcediť: vel ter
mini motꝰ q̄ fit a simili ad simile ⁊ eiusdem
speciei ⁊ sic negatur ꝙ sint ꝯtrarij realiter
licet sint cōtrarij quo ad denominationē
large capiendo cōtrarietatē: nā vnꝰ deno
minať terminꝰ a q̄: et alter denominať ter
minꝰ ad quē. Et ad minorē cōcediť ꝙ sunt
termini motꝰ partiales et negatur cōseq̄n 6
tia. ¶ Ad sextā conceditur maior: et nega
tur minor. et hoc ꝓprie capiendo terminos
ꝯtrarios. ¶ Ad septimam distīguiť añs vel 7
ꝙ sit terminata alteratio partialis ⁊ sic
cōceditur: vel totalis et sic negatur. ¶ Ad 8
octauā distinguiť añcedēs: vel duo corpo
ra q̄ sunt qualitates eiusdem speciei et sic
cōcediť: vel duo corpora de genere substan
tie et sic negať: et negatur falsitas ꝯseq̄n
tis. ¶ Ad nonā cōceditur cōsequētia et ne 9
gatur falsitas cōseq̄ntis: et ad ꝓbationē
diciť ꝙ faciūt vnū vnitate eiusdē intentio
nis vel vnū vnitate cōpositiōis large capiē
do cōpositionē. ¶ Ad decimā conceditur ista 10

indefinita: essentia forme est indiuisibilis
Nā essentia aie rationalis est indiuisibi=
lis cū sit aia rationalis que est indiuisibil'
sed negat ista vniuersalis omnis essentia
alicuius forme est indiuisibilis. nam nulla
essentia forme accidētalis est indiuisibilis:
nā essentia forme accidentalis est ipsa for
ma accidentalis. mō quelibet talis est di=
uisibilis in partes graduales siue in ptes
eiusdē intētionis. Similiter cuiuslibet for
me substantialis extense, essentia est diui=
sibilis: cū q̄libet talis sit forma q̄ est diui=
sibilis. Nam opinari essentiam forme siue
alterius rei distingui a forma vel a re est
oino erroneū ꝛ aptū deliramentū. et ad ꝓ=
bationem ꝯcedit illa indefinita: sed negat
11 vniuersalis. ¶Ad vndecimā negat conse=
quentia. ꝛ ad ꝓbationē eius negatur ꝯña.
nā esse remisse calidum importat habere
paruā caliditatē sic q nō magnam. modo
nō est in proposito. sed esse intense calidū
importat habere plures gradus calidita=
tis: modo bene sequitur hoc habet plures
grad' caliditatis: ergo habet vnū gradū
caliditatis: sed ex hoc non sequit: ḡ hoc est
remisse calidū ꝓpter causā dictam. ¶Ad
12 duodecimam cōcedit ꝯña ꝛ negat falsitas
ꝯsequētis. Et ad probationē dicitur q il=
le gradus p̄mo destruit q̄ limitat a primo
13 agente esse destruendus. ¶Ad decimam
terciā negat ꝯña. et ad ꝓbationē admis=
so casu: negat ꝯñtia: q: licet in q̄libet par=
te ꝓportōabili aliq̄d acq̄rat tñ aliq̄d illi'
prius erat acquisitū. et ꝓpter hoc nō seq̄=
tur q forma que intendit in fine hore sit in
14 finita. ¶Ad decimamquartā distinguitur
añs. vel cōpletū ꝛ ꝑfectū ꝛ sic ꝯceditur: vl'
incōpletū ꝛ impfectū et sic negatur. immo
añ omne alterari est alteratum esse. ¶Ad
15 decimāquītā negatur añs. ꝛ ad ꝓbationē
eius dicit q auctor ille voluit q nulla for
ma est diuisibilis eo modo quo diuiditur to
tū compositum substātiale: sciꝫ in ptes di
uersaꝝ rōnū quaꝝ vna est actus ꝛ alia po
tētia: ꝛ hoc est verū si ꝓo aliter intellexit er
16 rauit. ¶Ad decimāsextam ꝯceditur maior.
ꝛ negat minor. Vñ dicitur q tā forma acci
dētalis in aia q̄ extra aiam est intēsibil'.
Et ad ꝓbationē distiguitur q forma i aia
sit diuisibilis: vel in ptes discretiuas et sic
cōceditur: vl' i ptes extēsiuas ꝛ sic negatur
17 ¶Ad decimāseptimam ꝯceditur ꝯña: ꝛ ne
gatur falsitas cōsequentis. vñ dr q aliq̄
duo accidētia solo numero differentia sunt
in eodē subiecto ꝛ sūt vnū ita q sunt vna
totalis forma: sicut duo grad' sciē eiusdem
spēi in aia: ꝛ duo grad' caliditatis in igne,
ꝛ aliq̄ duo accñtia solo numero differētia
sūt simul i eodē subiecto: ꝛ tñ nō cōponunt
vnā totalē formā. vt pꝫ de subiecto et predi
cato istius mētalis vltimate hō est hō. simil'r
duo habit' dilectiōis p quoꝝ vnū inclinor
ad diligendum sortē ꝓpter deū et p alterū
inclinor ad diligēdum platonē ꝓpter deū
sunt eiusdē spēi. et possunt pdere vnum alio
manēte: et tñ nō cōponunt in aia vnū to=
talē habitū. ꝛ hoc forte est q: ꝑtialiter sūt
causati a distictis causis ꝑtialibus. Sil'r i
multis aliis pōt dari exēplū. ꝛ ad Aristo=
telē dicit ipē intellexit dictū suum de q̄lita=
tibus causatis ab eadē cā totali: scꝫ q nō
sūt simul in eodē subiecto nisi faciāt vnum
totale accidēs. et hoc est verū lꝫ non vniuer
salit. ¶Ad decimāoctauā negat añs. ꝛ ad 18
ꝓbationem eius dicit q licet agens pure
naturale nō sit magis termiatū ad pducē
dum vnum effectum q̄ alterū eiusdem spēi
de se. tñ termiatur p p̄mū agens qd libere
oē agēs creatū terminat. ¶Ad decimā 19
nonam negatur añs. ꝛ ad ꝓbationē eius
negat q p solā ꝯdēsationē fiat albius. nā
qd post ꝯdēsationē appareat albi' hoc nō
est eo q p ꝯdēsationē acquisiuerit de nouo
albedinem. Sed hoc est quia ptes magis
sibi coadiacent q̄ prius. sicut q tela hume=
ctata nō appareat tā alba sicut desiccata
hoc nō est q: ꝑdidit albedinē: sed q: humi=
ditas impedit ne albedo tm̄ moueat visū.
¶Ad vigesimam distinguitur. vel q vna 20
albedo sit ꝑfectior essentialiter gradualit' ꝛ
sic ꝯceditur. vel q sit ꝑfectior essentialiter
specifice q̄ alia albedo ꝛ sic negatur. nā q̄
tociēs vna forma intēdatur nūq̄ tñ ē ꝑfe
ctior essētialit' specifice q̄ alia remissa eius=
dē spēi. nā p intēsionē nunq̄ exit limites
sue spēi nec q̄tumcūq̄ remittatur.

Queritur decimoseptimo. vtrum forme
cōtrarie in aliq̄ gradu pñt esse simul
et adeq̄te in eodē subiecto. Et arguit p̄mo
q sic. in aq̄ tepida est aliq̄ caliditas: ꝛ in 1
eadē aq̄ est aliqua frigiditas: ꝛ caliditas
ꝛ frigiditas sūt q̄litates cōtrarie: ḡ quali=
tates ꝯtrarie sūt sil' in eodē subiecto. ¶Se 2
cūdo sic. calidū remittens frigidum causat
aliq̄d in frigido: ꝛ nō nisi caliditatē: ḡ for
me cōtrarie sunt in eodem subiecto. ¶Ter=
cio sic. mobile dū mouet habet aliquid vtri 3
usq̄ extremi vt vult Aris. sexto phisicorum
ḡ dum frigidum pdit frigiditatē successiue
acq̄rit caliditatē: ḡ forme contrarie sūt in
eodem subiecto. ¶Quarto. sic. si forme con= 4
trarie nō pñt esse i eodē subiecto: sequitur
q agēs naturale vtputa ignis calefaciēs
aquā causaret totā caliditatē i istanti qd

est falsū. pbatur tñ ꝯña. q2 p te nihil causat de caliditate donec tota frigiditas est corrupta: ergo post eius corruptionē causabit totam caliditatē sił. cū nō sit maior rō quare
5 plus causaret vnā ptē q̄ aliā. ¶ Quinto sic. si forme cōtrarie nō pñt simul esse in eodem subiecto seq̄ret q2 pma ps caliditatis causaretur in istāti. pbat r supponō q2 aqua non est sine caliditate vł frigiditate. Tūc arguit sic. aliq̄ frigiditas aq̄ hȝ pmū istās sui nō eē: ergo tunc est caliditas i aqua et immediate añ hoc nō erat i aqua: ergo ipa est acq̄sita in instāti r etiā alia acq̄retur in istāti: ergo mot9 cōponeretur ex mutat; eē qd est ipossibi-
6 le. ¶ Sexto sic. aliqs grad9 vutis stat simul cū aliquo habitu vicii oppositi: ergo forme cōtrarie sut sił in eodē subiecto. ans pbatur quia si intēperatus eliciat actum temperantie opposite aliquid generabitur r nō nisi gradus temperantie opposite: ergo forme contrarie erunt simul in eodem subiecto.

7 ¶ Septimo sic motus sursum et motus deorsum cōtrariātur: r sūt sił in eodem: vt pȝ si musca moueatur sursū in baculo descēdēte: ergo forme contrarie sunt in eodē subiecto

8 ¶ Octauo sic. medius color vt puta rubedo cōponitur ex extremis. ergo forme cōtrarie sūt
9 simul in eodē subiecto. ¶ Nono sic. beat9 august. dicit in libro de natura et grā. pñt ei cōtraria nō sunt aduersari sȝ ex alterutro tpari r bonā valitudinē reddere: ergo forme cōtrarie pñt esse simul in eodē subiecto

10 ¶ Decimo sic. differētie diuidētes aliquod genus sunt cōtrarie r insunt in eodē subiecto: ergo forme cōtrarie sut sił i eodē subiecto.

11 ¶ Undecimo sic. posito q2 sint duo agentia eq̄fortia et eq̄ approximata: vt pnta calidū r frigidum: et inter ea sit minimus aer: tunc dum calidum causabit in illo passo caliditatem eodē tpe frigidum causabit in eodē frigiditatē: ergo tūc forme cōtrarie erūt
12 sił in eodē subiecto, scȝ in illo aere. ¶ Duodecimo sic in mixto manēt qualitates elemētoꝶ: vt pȝ p Arist. pmo de gnatiōe dicentē nō corrūpit alter in alterꝶ sȝ saluatur virtus eoꝶ. r ille qualitates sūt contrarie. ergo forme contrarie pñt eē sił in eodē subiecto.

13 ¶ Decimoscio. sic. sanguis genit9 ex lactuca tēperat febrē siue inflāmationē alteri9 sanguinis: r nō p sua caliditatem: qr tūc deberet mag9 inflāmare: ergo hoc est p suā frigiditatē: ergo in illo sanguine genito ex lactuca est caliditas: cū ois sāguis in corpe hūa-
14 no sit calidus: et est etiā frigiditas: ergo forme cōtrarie sūt in eodem subiecto. ¶ Decimoquarto sic. de9 pōt facere q2 idē corpus sit calidū r frigidū: ergo forme cōtrarie pñt esse simul in eodē subiecto. Ans pbat q2 hoc nō mag9 repugnat q̄ q2 cōseruauerit aliquos in camino sine lesura. sed scdm fecit vt pȝ de tribus pueris danielis tercio: et de btō dyonisio r de multis alijs. ¶ Deci- 15
mo quīto sic. si forme contrarie non possut esse in eodē subiecto sequeret q2 agēs naturale citius ageret in remotum q̄ in distās. qd est falsū. pbat ꝯsequētia qr aliq̄ ptes supiores ipsi9 aq̄ tepide sūt calide: r iferiores frigide: ergo agēs naturale citi9 agit in re-
motum q̄ in ppinquū. ¶ Decimosexto sic. 16
nulle sunt forme cōtrarie: ergo suppositū ē falsū scȝ q2 aliq̄ forme cōtrarie sūt. Ans probat. qr nec forme q̄ sūt sunt cōtrarie cū successiue nō pñt eidē inesse. pbatur. qr naturaliter accñs nō pōt migrare de subiecto in subiectū. nec forme q̄ nō sūt cōtrarie: qr qd nō est nullū est cōtrariatur: ergo nulle sut fore cōtrarie. ¶ In oppositū arguitur p diffinitionem cōtrarioꝶ quā dat Aristo. que talis ē Cōtraria sūt q̄ maxime adinuicē distant et nō pñt simul eidem inesse sed bñ successiue nisi alterꝶ eoꝶ insit a natura. ¶ Pro solutiōe q̄stionis. Notandū est pmo q2 dupliciter aliq̄ forme dicunt contrarie. Uno mō large scȝ qr sūt naturaliter incōpossibiles: r illo mō due forme substantiales dicūtur cōtrarie. Alio mō aliq̄ forme dicūt contrarie qr sūt forme accñtales icōsibiles et remissibiles q̄ nō se compatiunt in eodē subiecto.
simul et adeq̄te: et illo mō caliditas r fri- 2
giditas sūt forme contrarie. ¶ Scdo notādū est q2 duplices sūt forme accñtales cōtrarie. Nā qdā sūt q̄ contrariant q̄ ad esse sił i eodē subiecto r q̄ ad actionē et passionē: ita q2 agūt r patiunt adinuicē r sic q̄litates pme gñabiliū et corruptibiliū sunt cōtrarie: vt caliditas r frigiditas. nā non se cōpatiunt i eodē subiecto adeq̄to: et cuꝫ hoc dū approximant agūt r patiunt adinuicē: ita q2 vna est nata corrūpere aliam. Alie sunt forme ꝯtrarie q̄ cōtrariant q̄ ad eē simul in eodē subiecto: ita q2 simul non se cōpatiunt in eodē subiecto: sȝ nō contrariant q̄ ad actionē et passionē: vt sūt albedo r nigredo et alij colores. nam albedo et nigredo nō se cōpatiūtur in eodē subiecto. sȝ nō agūt r patiūtur inter se nā albedo nō ē nata destruere nigredinē neq; econuerso.
¶ Istis notatis sit prima conclusio. Forme accñtales cōtrarie in nullo gradu pñt eē naturaliter in eodem subiecto pcise r adeq̄te ista ꝯclo. pbat sic per Arist. in pdicamento quātitatis dicentē. q2 magnū r paruū nō sūt cōtraria. nā vt dicit tūc sequit q2 ꝯtraria eēnt in eodē qd ipe reputat impossibile nec magis pbat suā cōclusionē in eē intenso q̄ in esse remisso: ergo forme contrarie non

p̄nt simul esse in eodē subiecto p̄cise ⁊ ade-
quate. ¶ Scđo ꝓbatur sic. si contraria es-
2 sent simul in eodem subiecto. seq̄retur ꝙ cō-
tradictoria simul de eodē verificarētur sed
hoc est falsum ergo cōtraria nō p̄nt simul esse
in eodē subiecto. ꝓbatur consequentia per
Aristotelē qui in quarto methaphisice in-
fert illud incōueniēs. ergo forme ꝯrie nō p̄nt
3 esse simul in eodē subiecto. ¶ Tertio argui
tur sic. si contraria possunt esse simul in eo-
dē subiecto: vel hoc est in quibuscunq̄ gradi-
bus vel in aliquātis ⁊ aliquātis nō. Non
primū/ qr tūc summa caliditas ⁊ sūma fri-
giditas naturaliter possent esse simul qđ
est falsum: qr tūc talia nō essent magis cō
traria q̄ albedo ⁊ dulcedo. Nec est dicen-
dū ꝙ se cōpatiūtur in aliquātis ⁊ i aliquā
tis non. qr si sic sumo vnū illoꝝ ⁊ sit calidi-
tas/ ⁊ sumo alterum et sit frigiditas et sit
caliditas/ a: ⁊ frigiditas. b. tunc arguitur
sic: vel a pōt secū compati in eodē subiecto
maiorē frigiditatē q̄ sit b/ vel non: si non.
ergo maior calor q̄ a/ non pōt secū cōpati
minorē frigiditatē q̄ sit b. ergo dum a calidi-
tas intēditur b/ frigiditas nō remittit qđ
est cōtra te q̄ dicis ꝙ dū vnū ꝯrioꝝ inten
ditur alteꝝ remittit. sed poti⁹ intendet. ergo
duz vnū ꝯrioꝝ intēditur in aliquo subiecto
alterū etiam intēditur in eodē subiecto qđ
est manifeste falsuz. Si dicat ꝙ caliditas
a pōt secū cōpati maiorē frigiditatē q̄ sit
b. ergo dū a caliditas intēdit nō est necesse ꝙ
b frigiditas remittatur ergo dū vnū ꝯriorum
intendit alterū nō remittit. Si vero dicat ꝙ
a caliditas pōt secū cōpati minorē frigidi
tatē q̄ sit b. ergo in sili ꝓportione maior cali-
ditas q̄ sit a. poterit secū cōpati frigidita-
tē b. ergo dū vnū intēdet et alteꝝ nō remittit
4 qđ est contra te. ¶ Quarto arguit sic. duo
cōtraria in duob⁹ subiectis debite appro-
ximatis naturaliter nō p̄nt se cōpati q̄n
agāt ⁊ patiātur ita ꝙ tandē vnū destruit
alteꝝ. vt pꝫ dū calidū ⁊ frigidū debite ap-
proximātur. ergo nō possunt naturaliter se cō
pati in eodē subiecto. cōseq̄ntia tenet p lo-
cū a maiori. Nā magis videt ꝙ se cōpatiā
tur in diuersis subiectis q̄ in eodem et nō
se cōpatiūtur in diuersis q̄n mutuo se cor-
rūpāt: ergo nō p̄nt se cōpati in aliq̄ gradu in
5 eodē subiecto. ¶ Quinto arguitur sic. si cō-
traria possent esse in eodē in aliquib⁹ gra
dib⁹. seq̄retur ꝙ duricies ⁊ mollicies pos-
sent eē in eodē subiecto adequato: sed hoc
est falsuz. ergo illud ex quo seq̄tur. ꝓbatur fal
sitas consequētis: qr tūc seq̄retur ꝙ idē cor
pus esset durū ⁊ molle. et vlterius seq̄retur
ꝙ idē corpus esset molle et nō molle qđ est
manifeste īpossibile. ꝓbatur ista conclusio
per diffinitionē mollis et duri. Nā molle
est quod facile cedit: sed durum est qđ non
cedit in seipm̄ scđm suam superficiē. ¶ Sexto 6
arguitur sic. si forme cōtrarie possent secū-
dum aliquos gradus esse in eodē subiecto.
seq̄retur ꝙ aliqua sciētia istius cōclusionis
ois hō est susceptiu⁹ discipline ⁊ aliq̄ opi-
nio eiusdē cōclusiōis possent eē simul in eo-
dē intellectu: sed hoc est falsuz. ꝓbatur fal-
sitas consequentis: qr tunc seq̄retur ꝙ sor-
tes sciret illam cōclusionē ois hō est susce-
ptiu⁹ discipline: ⁊ simul nō sciret illā ꝯclō-
nē qđ est īpossibile. ꝓbatur ꝯña. qr bn̄ seq̄-
tur sortes hꝫ scientiā illi⁹ conclusionis ois
hō est susceptiu⁹ discipline. ergo euidenter co
gnoscit illā cōclusionē/ ⁊ loquor de scientia
actuali. ⁊ vlterius bene seq̄tur sortes hꝫ si-
mul aliquā opinionē de eadē cōclusione. ergo
sortes nō cognoscit euidēter illā ꝯclusionē:
ꝯña tenet p diffinitionē scie actualis ⁊ opi
nionis actualis. ergo sortes scit illā cōclōnem
ois homo est susceptiu⁹ discipline/ ⁊ simul
tn̄ e nō scit illā conclōnē ois hō est suscepti
uus discipline qđ est euidenter īpossibile
ergo forme cōtrarie nō p̄nt esse in eodē subie-
cto naturaliter scđm aliq̄s gradus eorum
¶ Septimo arguit sic. si forme ꝯrie simul essent 7
in eodē subiecto adequate seq̄tur ꝙ simul
aliquis bene ageret moraliter ⁊ male age-
ret moraliter: sed hoc implicat ꝯtradictionē
ꝓbatur p̄mo ꝯña p te forme cōtrarie scđm
aliquos gradus p̄nt eē simul in eodem subiecto:
ergo aliquis grad⁹ tēperātie actualis ⁊ aliq̄s
gradus intēperantie actualis p̄nt esse simul
in volūtate. Ponat ꝙ ita sit. Tunc arguit sic.
bn̄ seq̄tur iste eliciat aliquē actū temperan-
tie. ergo agit bn̄ moraliter. ⁊ bn̄ seq̄tur iste eli-
cit aliquē actū intēperātie circa idē obie-
ctū. ergo male agit moraliter. ꝓbatur ꝯña qr p
oēm actū tēperātie quis bn̄ agit moraliter. ⁊
p oēm actū intēperātie q̄s male agit mo-
raliter. ergo simul bn̄ agit moraliter circa idē obie
ctū ⁊ male agit moraliter circa idē obiectū. ergo
simul bene agit circa idē ⁊ non bn̄ agit circa
idē qđ implicat cōtradictionē. ergo forme cō-
trarie i nullis gradib⁹ p̄nt eē in eodē sub-
iecto. ¶ Octauo ꝓbat ista cōclō sic. si forme 8
cōtrarie p̄nt eē simul in eodē adeq̄te hoc esset
eo ꝙ agēs nō corrūpit aliq̄d de vno cōtra-
rio nisi introducat aliq̄d alterius ꝯrij: sed
hoc ē fl̄m. ꝓbat falsitas ꝯntis. qr tunc seq̄
tur ꝙ dū ignis repatit a frigido ꝙ frigidū
causaret aliq̄s grad⁹ frigiditatis i igne qđ ē
manifeste falsū. qr tunc ignis naturaliter
posset esse frigid⁹ qđ ē ꝯtra Aristo. in post
p̄dicamētis dicentē ꝙ īpossibile ē ignē esse

frigidū: et niuem esse nigram. ergo forme
cōtrarie nō possunt esse simul in eodē sub=
iecto. ¶ Nono sic. ꝓbatur cōclusio per bea=
tum augustinū enchiridion caplo decimo
septimo dicentē null⁹ cibus aut pot⁹ simr
dulcis est ꝛ amarus et nullū corpus simul
vbi albū ibi nigrum nullū vbi difforme ibi
formosum ꝛ hoc in multis et pene in olb⁹
cōtrarijs reperit. vt in vna re simul esse nō
possint/ex q̄ auctoritate beati Augusti. pꝫ
manifeste ꝙ forme contrarie scđm nullos
gradus pñt esse in eodem subiecto. ¶ Deci=
mo arguitur sic. si forme cōtrarie scđm ali
quos gradus possent eē simul in eodē sub=
iecto: vel illi grad⁹ cōponerēt vnā formā
vel haberēt naturalē repugnātiā? Nō est
dicendū ꝙ cōponūt vnam formā mediam.
ꝓbatur sic: q꞉ ex rebus differētibus specie
nunꝗ̄ fit vnū nisi vnū illorū se habeat vt
actus ꝛ alterꝫ vt potētia: sed gradus ꝯtra
rij nō se habēt vt actus ꝛ potētia. ꝰ nō cō=
ponunt vnā formā mediā. Si vero dicatur
ꝙ hñt naturalē repugnantiā. ꝰ vn⁹ corrū
pet alterū. ꝰ non simul se cōpatiētur. ergo
forme cōtrarie nō possunt esse simul in eo=
dem subiecto. ergo cōclusio vera. ¶ Secūda
conclusio per potentiā diuinā forme cōtra=
rie possunt simul esse in eodem subiecto su=
spensis actionib⁹ earū. Probatur. q꞉ non
minus repugnat ꝙ deus possit ponere du
as formas cōtrarias in eodem subiecto ꝗ̄
facere. ꝙ duo corpora de p̄dicamento sub=
stātis se habeant penetratiue in eodē loco
sed scđm fecit deus dum xp̄s natus est de
virgine: et dū resurrexit de sepulchro: et dū
itrauit ad discipulos ianuis clausis. ergo
primū de⁹ pōt facere. Unde dr̄ in cōclusio=
ne suspēsis actionib⁹ earꝫ: q꞉ deus nō pōt
facere de quibuscūꝗ̄ formis contrarijs ꝙ
sint in eodē scđm actū. nā hoc implicat cō=
tradictionē. vt pꝫ de actu sciēdi ꝛ de actu
opinandi circa eādem conclusionē. siīr de
actu credēdi ꝛ actu errādi circa eundē ar=
ticulum fidei. ¶ Tertia cōclusio due forme
substātiales specie differētes pñt informa
re simul eandē materiā: ꝓbat ista cōclusio
sicut est ꝓbata scđa cōclusio. Sed cōtra eā
sic arguitur. q꞉ seq̄tur ꝙ hō esset asinus: sed
hoc est īpossibile. ꝰ īpossibile est duas for=
mas substātiales simul informare eādem
materiā ꝓbatur īpossibilitas consequētis
q꞉ bene seq̄tur in hac materia est forma ho
minis. ꝰ hoc est hō. ꝛ bene sequitur in hac
materia est forma asini ergo hoc est asin⁹.
Ad hoc respondet negādo cōsequētiam. ꝛ
ad ꝓbationē cōsequētie cōcedit cōsequen=
tia. ꝛ hoc si per illud ꝓnomē hoc demōstret

cōpositū ex materia ꝛ forma hoīs. et ad se
cundā cōsequentiā cōcedit ꝯsequētia. ꝛ hoc
si ꝑ illud ꝓnomē hoc demōstret cōpositum
ex materia ꝛ forma asini: ꝛ vlteri⁹ cū infer
tur. ergo hō est asinus negatur ꝯña: q꞉ ad
hoc ꝙ forma hoīs et forma asini informēt
simul eandem materiā. nullo mō seq̄tur ꝙ
hō est asin⁹: sed bene seq̄tur ꝙ eadē mate=
ria est materia hoīs ꝛ materia asini. qđ est
bene per potētiam dei absolutā possibile.
¶ Sed iterū arguit cōtra illā cōclusionem.
q꞉ seq̄tur si cōclusio eēt vera ꝙ deus posset
facere duas aīas rōnales ī eodē corpore:
sed hoc est falsum: ꝓbatur falsitas conse=
quētis: q꞉ tūc seq̄tur ꝙ due aīe rōnales cō=
ponerent vnū hoīem qđ est īpossibile. ergo
due forme substātiales nō pñt simul infor=
mare eandē materiā. Ad hoc rñdetur con
cedēdo cōsequentiā ꝛ negatur falsitas ꝯse
quentis. ꝛ ad probationē ei⁹ negatur cōse
quētia. sed bene seq̄tur ꝙ vna illarꝫ aīarū
cū materia cōponit vnū hoīem siue magis
proprie est vn⁹ homo. ꝛ alia cū eadē mate
ria cōponit vnū aliuꝫ hoīem siue est vnus
alius homo. ꝛ hoc est bene possibile cū nul
lam cōtradictionē implicet vt de se patet.
¶ Ad rōnes ante oppositū. Ad primā con=
ceditur maior scđm diuersas partes ꝛ di=
stinguitur minor vel ꝙ in eadē aqua ꝑcise
scđm eandē partem sit frigiditas. et sic ne
gatur vel scđm diuersas partes ꝛ sic cōce=
ditur. Uñ aqua non dr̄ tepida/eo ꝙ in ea=
dē parte ꝑcise ꝛ adequate hꝫ caliditatē et
frigiditatē: q꞉ hoc est naturaliter īpossibi
le. sed dr̄ tepida q꞉ hꝫ aliquas partes cali=
das ꝛ alijs partes frigidas Ex quo patet
ꝙ tepiditas nō est aliqua qualitas. ¶ Ad
scđam negatur maior: imo dicitur ꝙ nūꝗ̄
calidū causat aliq̄d in corpore frigido do=
nec tota frigiditas ē corrupta. ita ꝙ ꝑmū
instās nō esse totius frigiditatis est primū
instās esse ꝑmi gradus caliditatis. ¶ Ad
tertiā distinguit antecedēs: vel mobile qđ
solū mouet motu acq̄sitiuo. ꝛ sic cōceditur:
vel motu deꝑditiuo/ ꝛ sic negat. vñ dū cali=
ditas agit in frigiduꝫ ibi primo est motus
deꝑditiu⁹. q꞉ primo caliditas corrūpit to=
tā frigiditatē. ꝛ post illud corpus mouetur
motu acq̄sitiuo. et in illo motu acquisitiuo
mobile continue hꝫ aliquid vtriusꝗ̄ extre=
miscꝫ caliditatꝭ acquisite in ꝑncipio illi⁹
mot⁹: ꝛ cōtinue acquirit aliam donec mo=
tus est perfectus. ¶ Ad quartam negatur
consequentia. et ad ꝓbationē eius conce=
ditur antecedens ꝛ negatur consequētia.
¶ Ad quintam cōceditur cōsequentia: sed
negatur ꝙ aliqua alia pars acq̄ratur in

Utrum aliqua creatura possit esse actu infinita

instanti. Imo q̄libet alia pars acquirit̄ suc
cessiue. cū tp̄s immediate sequatur instans
esse ꝑncipiū gradus imaginatū. Unde qñ
fit trāsmutatio de vna forma i cōtrariā ꝓ
ꝑmus grad⁹ acq̄ritur in instāti. z totū re-
siduū successiue. sed qñ fit mutatio natura-
lis a pura priuatione q̄libet gradus illi⁹
forme acq̄rit̄ successiue. vt q̄libet gradus lu
minis in aere acquiritur successiue. Nā cor-
pus lucidū successiue approximatur: sꝫ si in
instanti approximaretur medio i instanti
6 aliquē gradū lūminis causaret. Ad sex-
tā negatur añs. et ad ꝓbationē ei⁹ negat̄
q̄ aliq̄d generabit̄ licet aliquid de habitu
intēperātie corrūpatur. nā nichil de habi-
tu tēꝑantie gñatur in aīa q̄diu aliq̄d de
habitu itēperantie sibi cōtrarie est in aīa
Nā agens corrūpit totā formā cōtrariam
anteq̄ generet aliq̄d de alia ꝯtraria for-
7 ma. Ad septimā negatur maior: ꝓꝑe ca
piēdo cōtrarietatē: z licꝫ musca moueatur
sursū per se z deorsum ꝑ accñs: non tñ sur-
8 sum z decrsū per se. Ad octauā negatur
añs. immo medius color est forma eque si
plex. z ꝑ se non composita ex gradibus eiusdeꝫ
speciei. sicut color extremus. Nec dicitur
medius color eo q̄ componatur ex extre
negatur antecedens immo dr ꝙ ꝓuenit ex
resistētia medij. vn̄ dupl'r pōt ymaginari
ꝙ in vacuo sit distantia. Uno mō ꝓcedēdo
scđm circūferentiā arc⁹ celi. et illo mō ter-
mini distant. Alio mō pōt ymaginari ꝙ i
vacuo sit distātia terminorū ꝑ extrinsecum
ꝯtentū et illo mō in vacuo nulla ē distātia
inter terminos. Un̄ in cōclusiōe est sermo
de motu grauis vel leuis. qꝛ de alijs moti-
bus dicendū est alio mō nā in vacuo quod
esset int̄ celū et terram aial moueret motu
ꝓgressiuo successiue et hoc si de⁹ cōseruaret
ipm. Similiter si aq̄ calida poneretur i illo
vacuo ipa reduceret se ad frigiditatē suc-
cessiue. nā propriie tales mot⁹ nō fierent i
vacuo et sic de similibus. ¶ Et ad rōnes an
te oppositū. ¶ Ad primā cōcedit maior. et
negat minor. nam oē qđ rarefit rancipit
in pleno qđ cedit ei. ¶ Ad scđam negatur
ꝯña. immo ola mot⁹ localis rect⁹ sit i ple-
no. ⁊ ad ꝓbationē ei⁹ ꝯcedit añs. ⁊ negat
ꝯña. qꝛ dū mobile mouet motu recto cōti-
nue mediū cōdensatur vsq₃ ad certā distā-
tiam. et ex alia parte continue rarefit.
¶ Ad terciam cōceditur maior et negatur
minor. sed illud plenum dilatatur. ¶ Ad
quartam concedit maior ⁊ negatur minor.
Un̄ eo ꝙ cineres sunt corpora sicca multū
de aqua corrūpunt. ¶ Ad quintam dr̄. ꝙ po-
sito ꝙ tabule sic disposite se tangerēt non
possent naturaliter eleuari simul scđm om-
nē partē. imo poti⁹ frangerent tn̄ possunt
eleuari lateraliter scꝫ eleuādo vnū latū et
post alterū. ¶ Ad sextā cōceditur añs ⁊ ne
gatur cōsequētia qꝛ extra celū nō est aliqđ
corpus cui⁹ superficies cōcaua nihil cōtinet
ideo nec est locus nec vacuū. ¶ Ad septimā
dicitur ꝙ admisso casu ꝑ si aqua congelet
ꝙ aliqđ eius cōuertet in aerē ad saluandū
vacuū. ¶ Ad octauā negatur maior. et ad
probationē ei⁹ admisso casu dicitur ꝙ licꝫ
ignis ex se casu posito non possit magis ra
refieri: tn̄ ꝓpter bonū vniuersi scꝫ ne sit va
cuū bene pōt rare fieri. ¶ Ad nonā negatur
ꝯña quia illo casu posito. aliqđ ex niuibus
cōuerteretur in aerē per talē calefactionē
et etiā in cōcauitatibus niuis includit aer
¶ Ad decimā conceditur assumptū. ⁊ dr̄ ꝙ
dū ouū cōdensat aliquid ex eo cōuertitur i
aerem: vel forte aer subintrat cum sit cor-
pus valde subtile.

Queritur vicesimo primo vtrum primū
mobile regulariter motum sit temp⁹
Et arguitur primo ꝑ non ⁊ hoc sic: primū
mobile est res ꝑmanens: et tp̄us ē res suc-
cessiua ergo pm̄ mobile nō est tp̄us. ¶ Se
cūdo arguit sic. oēs ꝑtes pm̄i mobilis sunt
simul: sꝫ partes tp̄is nō sunt simul ḡ primū
mobile nō est tempus. maior est nota ⁊ mi
nor ꝓbatur: qꝛ ꝑtes tp̄is sūt p̄ns preteritū
et futurū. modo ille partes nunq̄ sūt simul.
¶ Tertio ar̄. tēpus est accidēs: ⁊ pm̄ū mo-
bile nō est accn̄s. ḡ pm̄ū mobile non est tē-
pus. ¶ Quarto ar̄ sic. tempus nō est circu-
latio vt dicit Aris. in q̄rto phisicorū: ⁊ pri-
mū mobile ē circulatio. ḡ primū mobile nō
est tp̄s. ¶ Quinto ar̄ sic. tēp⁹ nō semꝑ ma-
net vnū ⁊ idē: ⁊ pm̄ū mobile semper manet
vnū ⁊ idē. ḡ primū mobile non est tempus
¶ Sexto ar̄ sic. si tp̄s esset primum mobile
sequeret ꝙ tēpus qđ erat tp̄e adā nunc esset:
sꝫ hoc est falsū: ḡ illud ex quo sequitur. ꝓbatur
ꝯña qꝛ idē pm̄ū mobile qđ erat tp̄e adam
nūc est. ergo idē tp̄s nūc esset. Septimo ar̄.
si tēpus esset pm̄ū mobile regulariter mo-
tū. sequeret ꝙ tp̄us eēt motus primi mobi-
lis sꝫ hoc ē falsū. ḡ illud ex q̄ sequitur. pro-
batur falsitas ꝯñtis. quia tp̄us est mensura
mot⁹ pm̄i mobilis. ḡ nō est ipm pm̄ū mobi-
le. ¶ Octauo ar̄ sic. si tp̄us eēt mot⁹ seque-
retur ꝙ simul essent multa tp̄a quorū vnū
nō est pars alterius sed hoc est falsū. ꝓba
tur tn̄ falsitas ꝯñtis qꝛ plura sunt mobilia
regulariter mota vt puta corpora celestia
ḡ simul erūt plura tp̄a. ¶ Nono ar̄ sic. tp̄s
est numerus motus scđm prius ⁊ posteri⁹ ⁊

vt patet per aristotelem quarto phisicoꝝ ergo tempus non est motus. ¶ Decimo arguit sic possibile est tp̄s esse: ꝛ tñ nullus erit mot⁹: ergo tp̄s non est mot⁹. añtecedens probaꝛ q2 si deus faceret quiescere omnia mobilia nullus esset motus. et tamē adhuc esset tempus. probatur quia adhuc res durarent. ¶ Undecimo arguitur sic oīs mot⁹ est velox vel tardus: sed tp̄s non est velox vel tardū: patet ꝑ Aristotelem quarto phisicoꝝ: ergo tp̄s nō est motus. ¶ Duodecimo arguitur sic primum mobile mouetur in tp̄e ergo primū mobile non est tp̄s. antecedens ꝓbaꝛ quia nichil mouetur in seipso. ¶ Decimo tercio arguit sic tempus componit ex his que nō sunt puta ex preterito et futuro: sȝ p̄mū mobile nō cōponitur ex his que nō sunt: sȝ ex his q̄ sunt ergo primum mobile non est tempus. ¶ Decimo quarto arguitur sic: quelibet pars temporis est tēpus: sed non quelibet pars circulationis est circulatio. ergo circulatio non est tēp⁹. Et vlterius circulatio non est tempus. ergo primum mobile non est tempus. ¶ Decimo quinto arguitur sic motus primi mobilis est terra quiescens: et tempus non est t̄ra quiescēs. ergo tēpus non est mot⁹ p̄mi mobilis. ¶ Decimosexto arguit sic. tēpus cōtinue corrūmpit: sȝ primum mobile non cōtinue corrūpitur. ergo primū mobile nō ē tēpus. ¶ Decimo septimo arguit sic philosophus existēs in carcere bene iudicat q̄ primū mobile est: ꝛ nō iudicat quota ē hora tp̄is. ergo primū mobile nō est tp̄us. ¶ Decimo octauo arguit tēpus est passio motus et non est passio p̄mi mobilis regulariter moti ergo primū mobile nō ē tēpus. ¶ Decimo nono arguit sic tēpus est ꝑ aīam vt patet ꝑ Aristotelē quarto phisicoꝝ: et primū mobile nō ē per animā ergo primū mobile nō est tēpus. ¶ Uigesimo arguitur sic instās non est primū mobile. ergo tēp⁹ nō est primū mobile. Antecedēs ꝓbatur: quia instans est indiuisibile: ꝛ p̄mū mobile est diuisibile: cū sit q̄d cōtinuū. ergo primū mobile non est instans. ¶ In oppositū arguit tēpus est mot⁹ p̄mi mobilis vt patet per Aristotelē dicentē quarto phisicorum videtur autem tp̄s esse mot⁹: et mot⁹ primi mobilis est ipsum p̄mū mobile vt prius ꝓbatum est. ergo primū mobile regulariter motum est tempus. ¶ Pro solutione questionis notandū est primo q̄ ista duo noīa motus et temp⁹ se habent sicut magis cōnotatiuū ꝛ minus cōnotatiuum. Unde istud nomē motus supponit pro re connotando q̄ continue scd̄m se vel partes eius alteri et alteri coexistit. Sed istud nomen tēpus est nomen qd̄ de formali significatiōe p̄mum mobile regulariter motū significat: et de formali cōnotat q̄ partes eius se habent ꝑm prius ꝛ posteri⁹ continue: sic q̄ scd̄m illum modū se habendi est mensura durationū rerū naturaliū. ꝛ hoc voluit habere Aristoteles diffiniendo tempus sic. Tempus est numerus motus scd̄m prius ꝛ posterius. Ueruntamen quadrupliciter capitur tēpus. Primo modo pro primo mobili regulariter moto ꝑ cuius motus mensuramus motus opationes et durationes rerum naturalium. Secundo modo capitur tempus ꝓ notissimo mensurāte per quam communiter mensurātur durationes rerum naturalium. et sic sol dicit tp̄us. nā ꝑ solis motum mensuram⁹ durationes rerum naturaliū. ¶ Tertio mō capit tempus generaliter. et sic om̄e mobile qd̄ mouetur potest appellari tempus. vt horologiū pōt appellari tp̄s ¶ Quarto mō capit tp̄s pro illis que fiunt in tempore. et sic dicim⁹ parisiꝰ isto anno esse bona tempora cuius sensus est res temporande prospere se habent. ¶ Secundo notandū est q̄ istud nomen instans est nomen cōnotatiuū. Unū de materiali significatiōe celū regulariꝛ motū significat. Et de formali significatiōe cōnotat q̄ aliqua pars ei⁹ adequate respicit aliquid qd̄ mensurat quod prius nō respiciebat adequate nec immediate post hoc respiciet et inde tractū est q̄ res dicatur fieri in instanti q̄ sic fit q̄ immediate ante hoc nō erat nec aliquid eius: ita q̄ sensus est hoc fit in instāti hoc nunc est et immediate ante hoc non erat nec aliquid eius et illa dicuntur fieri in tempore que sic fiūt q̄ vna pars fit post aliam. ¶ Istis notatis ponitur conclusio Tempus est celum regulariter motum ita q̄ non est entitas successiua distincta a re permanente vel a rebus permanentibus vt aliqui stulte et erronee opinati sunt. probatur ista conclusio. Et primo auctoritate sacre scripture genesis primo dicentis. Fiant luminaria in firmamento celi: ꝛ diuidant diem ac noctem: et sint in signa et tempora: et dies et annos vt luceāt in firmamento celi: et illuminent terrā: ex q̄ auctoritate clare patet quomō sacra scriptura appellat luminaria celi q̄ sunt partes celi signa et tempora: ergo celum motum regulariter est tempus. ¶ Secundo probatur q̄ tempus nō sit entitas successiua composita ex preterito et futuro et instanti indiuisibili cōtinuante illas ptes sicut multi fingunt. i. q2 si ita esset sequere-

tur q͏̄ tempus esset et non esset. probatur consequentia q͛ tempus est per te. sed probo etiam q͏̄ non sit. ⁊ arguitur sic illud nō est cuius partes non sūt sed per te partes temporis q̄ sūt preteritū ⁊ futurū non sunt ergo tempus non est. ¶ Scd̄o arguit͛ sic. illa q̄ non sunt nec possunt esse non continuantur per aliqd̄ indiuisibile: sed partes tēporis non sunt nec possunt esse: cum secundum te de tempore nō habeam⁹ nisi nunc ergo partes temporis non continuantur. nam aliter quis posset dicere q͏̄ chimera continuatur cū yrcoceruo quod nullus sane mentis diceret. ¶ Tercio arguitur sic. omne quod est preteritum aliquando fuit presens. q͛ non dicitur preteritum' nisi q͛ aliquādo fuit presens sed tp̄s preteritum diei hesterne est preteritū: ergo tp̄s preteritum aliqn̄ fuit presens: ergo aliqn̄ fuit verum dicere hoc est demōstrando tp̄s q͏̄ nunc est p̄teritū: ergo male dicitur q͏̄ de tp̄e presenti non habemus nisi instans indiuisibile.

¶ Quarto arguitur sic. omne tp̄s habꝫ partem priorē et posteriorē vt patet ex diffinitione tp̄is: sed tp̄s presens est tp̄s: ergo habet partē p̄orem ⁊ partem posteriorem: sed nullū indiuisibile hꝫ partem priorem ⁊ partem posteriorem: ergo falsum est q͏̄ de tēpore presenti nō habemus nisi instās siue nūc. ¶ Quinto arguitur sic. si tp̄s sit quoddā accidēs distinctū a motu siue a mobili seq̄retur q͏̄ illud accidens posset destrui a deo sine destructione alicui⁹ alterius rei. quo facto, mobile aliquod nō min⁹ mouebitur: ergo adhuc motus eri⁹ apprendetur scd̄m p̄us et posteri⁹ siue poterit apprendi destructa tali re: ergo destructa tali entitate adhuc erit tp̄s. probatur q͛ vbicumqꝫ est apprehēsio scd̄m pri⁹ et posteri⁹ ibi est tēpus: sꝫ in motu qui fit post destructionem talis rei quā dicis esse tp̄s est prius et posterius: ergo ibi est tp̄s: ergo tp̄s nō est aliud q̄ mobile motū qd̄ cōtinue se habet prius et posterius. Vn̄ pro ista conclusione possunt adduci rōnes q̄ superi⁹ fuerunt adducte ad probādū q͏̄ mot⁹ nō est entitas successiua distincta a re permanente. Vn̄ ista ꝯclusio pōt p̄bari auctoritate bt̄i augustini vndecimo cōfessionū caplo. xvi. q̄ reprobat opinionē illoꝝ q̄ dicebāt nichil esse de tp̄e presenti nisi instās indiuisibile sicut ipse dicit si nullū est p̄ns tp̄s nisi indiuisibile p͛ors⁹ nullū est tp̄s neqꝫ fuit qd̄ apte ip̄e reputat falsū. ⁊. xij. de ciuitate ca. xv. dicit dimensiones corporū celestiū p̄prie esse tp̄a allegās illud genesis primo vt essent in signa ⁊ tp̄a. ¶ Scd̄a ꝯclusio. nulla res est instās indiuisibile durās p̄cise per instans. ista cōclusio p̄batur sic: q͛ si instans esset quoddā indiuisibile durans p̄cise p instans, seq̄retur q͏̄ idē esset ⁊ non esset. probatur ꝯn̄a. q͛ bene sequitur instans. b. incipit eē i hoc instāti: ergo b. est in hoc instāti ⁊ immediate ante hoc non fuit in hoc instāti. ⁊ bene sequitur. b. desinit esse in hoc eodem instanti ergo. b. nūc non est in hoc instanti ⁊ immediate ante hoc fuit in hoc instanti. ergo. b. est in hoc instanti ⁊. b. nō est in hoc instāti qd̄ implicat manifestam contradictionē.

¶ Scd̄o arguitur sic si instans esset quoddā indiuisibile cōtinuatiuum partium temporis seq̄retur q͏̄ in aliquo determinato tp̄e fuerit multitudo infinita entiū separatorū non facientiū p se vnum qd̄ reputas impossibile. probat͛ cōsequētia q͛ in fine hore est verum dicere q͏̄ infinite partes hore eiusdem proportionis sūt ptransite que continuarētur p aliqd̄ instans per te. ergo infinita instātia q̄ non faciunt aliqd̄ vnū sūt pertrāsita. ergo multitudo infinita entiū separatorum est pertrāsita. sꝫ omnē illā multitudinem deus potuit cōseruare. ergo nūc est verū dicere q͏̄ est aliqua multitudo infinita entiū separatoꝝ qd̄ est contra te. ¶ Tercio ar͛ sic. omne qd̄ corrūpitur ab aliqua causa corrūpitur: sꝫ instās per te corrūpitur. ergo ab aliqua causa corrūpitur. ⁊ detur illa causa q͛ vel corrūpitur per suum contrariū vel ad desitionē sui conseruantis: vel ad corruptionem sui subiecti. Sed nullū illoꝝ est dicendum vt pōt probari inductiue. ergo illud instans nō corrūpitur in instanti ¶ Quarto ar͛ sic. si instans esset tale accidēs indiuisibile: vel esset subiectiue in toto primo mobili. vel solum in parte eius: vel in aliquo alio subiecto: nō in aliquo alio subiecto q͛, nō videtur in quo. Nā non est dicendum q͏̄ in tp̄e qd̄ ponis esse accidens. cū accidēs non sit subiectiue in accidente. sil'r per te nichil tēporis est. ergo instans non est subiectiue in tēpore cū nichil sit subiectiue in illo quod nō est. nec est solū in vna parte ipsius mobilis quia non est maior ratio quare in vna q̄ in alia. Nec est dicendum q͏̄ in toto primo mobili. nam absurdū est dicere q͏̄ vnum indiuisibile durans p̄cise per instans sit subiectiue in toto p̄mo mobili: ergo instans non est tale indiuisibile. ¶ Quīto ar͛ sic. si instās ponitur hoc est vt sit mensura illoꝝ que fiunt in instāti: sꝫ hoc non. ergo non est ponēdū instās. p̄batur minor q͛ instās per te fit vel ergo fit in alio instāti vel d͛ fieri in instāti q͛ totū fit simul. Si primū. ergo in instantibus est processus in infinitū. Si secundū ergo

eodem modo dicendum est quod omne quod fit in instanti dr fieri in instanti eo q fit totum simul. ergo nullum est propter hoc ponendum tale indiuisibile. Unde ad istam conclusionem probandam possunt adduci omnes rationes que superius fuerunt adducte ad probandum q mutatum esse non est quoddam indiuisibile. ¶ Et ad rationes ante oppositum. ¶ Ad primam conceditur maior. z distinguitur minor: vel q tempus non sit res que permanet et sic negatur vel qd nō sit pmanēs ita q ptinue vna ps eius eo q mouet succedat alteri in mensurando z sic conceditur z negatur pña. ¶ Ad scdam conceditur maior et distinguitur minor. vel q ptes temporis non sint simul. ita q nō existat simul z sic negat. vt q non sint simul. i. adequate non mensuret eandem rem et sic pceditur et negatur pña ¶ Ad tertiam distinguit maior: vel si tēp9 capiat simplr: z accidens vt est termin9 secunde intentionis z sic pceditur: vl si tempus capiatur psonaliter et propriissime et sic negatur. ¶ Ad quartam negatur maior vn Aristo. non vult q tēpus non sit circulatio: sz vult q tēpus nō est circulatio ea ratione qua circulatio: qr tūc omnis circulatio esset tēpus pprie dictū. ¶ Ad quintā distinguitur maior: vel q illa res q̄ e tempus nō semper maneat z sic negat. vl q tēpus nō eadē vice mēsurat durationes rerū naturaliū qnota vice mensuravit et sic pceditur z negat pña. ¶ Ad sextam distinguitur psequēs. vel q illa res q̄ erat tēp9 ipsius a de nūc sit z sic pceditur: vel q primū mobile p tot vices erat motū per quot vices nūc est motū circulariter mensurando opationes rerū naturaliū et sic negat. ¶ Ad septimā concedit pña z negatur falsitas psequētis. Et ad pbationē eius conceditur añcedens z negatur pña. Nam per pmū mobile motū bene possumus iudicare quanto spacio ipsummet est motum. ¶ Ad octauā pceditur pseqūētia large capiendo tpus. Nā per multa mobilia bene possumus iudicare de duratione rei. ¶ Ad nonā pceditur añcedēs z negat pña. qr Aristoteles nichil aliud voluit habere nisi q tpus est mobile ptinue z regulariter motū per quod quis nūerat z metitur opatiōes et duratiōes rerū naturaliū. ¶ Ad decimā negatur añcedens. z hoc proprie capiēdo tpus. z ad pbationem admisso casu pcedit q res duraret: sed negat q duraret in tpe licz duraret in tpe in potentia. ¶ Ad vndecimā conceditur maior: z distinguit minor vel q motus qui est tēpus nō sit velox vel tardus et sic negat: vel q ille motus nō sit velox vel tardus ea rōe qua ē tempus z sic pcedit minor. z negatur psequentia. ¶ Ad duodecimā distinguit añcedens. vel q primū mobile mouetur in tempore. i. q motus eius mensuratur motu priore z sic negatur: vl q primū mobile mouetur in tempore. i. mouet: dū tēpus est z sic pceditur añcedens z negat pña. ¶ Ad decimā tertiā negatur maior. qr impossibile est q aliquid cōponatur ex his que non sunt. imo tēpus pñs cōponitur ex ptibus psentibus. ¶ Ad decimā qrtā pcedit maior et etiā minor. z negat cōsequētia. qr lz tempus non sit circulatio ea rōe q̄ circulatio tñ tps est circulatio. ¶ Ad decimāquintā negatur maior. imo motus primi mobilis est ipsū pmū mobile regulariter motū. ¶ Ad decimāsextam distinguitur maior. vel q res que est tempus corrumpatur et sic negatur. vel q non eadem vice mensurat primū mobile hodie quota vice heri mensurabat z sic pcedit maior. z etiā minor et negatur pña. ¶ Ad decimam septimā pceditur maior z etiā minor z negatur cōseqūētia. qr ad hoc q aliquis iudicet primū mobile esse tēpus nō sufficit q appēhendat pmum mobile: sz requiritur q apprēdat ipsum regulariter motum per ipsum mensurando durationes rerū naturalium ¶ Ad decimāoctauā conceditur maior. et hoc terminis tētis simpliciter: z etiam minor: z negatur cōsequētia. ¶ Ad decimam nonā negatur maior. et ad aristotelē dicit q ipse voluit q ad hoc q aliquid sit tpus requirit q intellectus p ipm motum posset metiri opationes rerum: et hoc verum est. ¶ Ad vicesimam negatur antecedens. vnde que res est instans patet, ex secunda cōclusione.

Queritur vicesimosecūdo. vtrum tantum sint sex spēs mutationis. scz. generatio: corruptio: augmentatio. diminutio: alteratio: et loci mutatio. Et arguit q sint plures: qr creatio est mutatio: z tñ non est aliqua illarum. ġ sunt plures. Scdo sic. annichilatio est mutatio: et tamē nō est aliq̄ illarū. ġ sunt plures q̄ quattuor. ¶ Tertio ar sic. si gñatio esset mutatio: vel esset mutatio subita vel successiua: sz nullū est dicendū. ġ nō est mutatio. ¶ Quarto ar sic. alteratio continetur sub gñatione. ġ non est mutatio ab aliis distincta Antecedens probat. qr nunq̄ fit alteratio pprie dicta nisi aliqd generetur. ¶ Quinto ar sic. rarefactio et condensatio sunt mutationes. ergo sunt plures q̄ quattuor. ¶ Sexto arguitur transsubstantiatio est mutatio: z

tamen non est aliqua illarū. ergo sunt plu
res ꝙ̄ sex. ¶In oppositum arguitur. tot
sunt species mutationis quot sunt species
motus: sed sex sunt species motus. vt pa:
tet per Aristotelem in postpredicamētis.
ergo sex sunt species mutationis. ¶Pro so
lutione questionis notandum est primo ꝙ
mutatio est res que fit: vt deperditur: vel
que aliter/ ꝛ aliter se habet. Unde dicitur
que fit propter mutationē acquisitiuā. Et
dicitur vel que deperditur propter muta:
tionem deperditiuā sicut est corruptio. Et
dicitur vel que aliter se habet propter mu:
tationem localem. Unde duplex est muta:
tio. nam quedam est mutatio naturalis: ꝛ
quedam est mutatio supernaturalis. Un:
de; mutatio naturalis est mutatio que fit
ab agente naturali: ꝛ continet sex species
que sunt. generatio: corruptio: alteratio:
augmentatio: diminutio: et loci mutatio.
¶Secundo notandū est ꝙ generatio pro:
prie dicta est forma substātialis que fit in
materia propter quam verificatur aliquod
dicibile de predicamento substātie de ali:
quo: quod prius non verificabatur de eodē
Ut dum forma substātialis ignis fit in ali
qua materia postꝙ̄ est facta ab agēte/ de
genito composito est verum dicere hoc est
substantia/ de quo prius non erat verū di:
cere hoc est substantia: cum tale compositū
non esset. Sed corruptio propriissime dicta
est forma substātialis que nunc est in ma:
teria: ꝛ imediate post non erit in materia:
vel que imediate ante hoc fuit in materia
et nunc non est in materia propter quam
desinit verificari aliquod dicibile de predi:
camento substātie de aliquo de quo prius
verificabatur. vt dum sortes moritur ante
instans mortis eius est verū dicere de ali:
quo hoc est sortes siue substantia: ꝛ post in
stans mortis eius non est verū dicere hoc
est substantia cū sortes tunc nō sit. ¶Ter
tio notandū est ꝙ duplex est alteratio: sci:
licet alteratio deperditiua/ ꝛ alteratio ac
quisitiua. Unde alteratio deperditiua est
forma accidentalis que nunc est in aliquo
subiecto. ꝛ immediate post hoc non erit in
eodem subiecto: vel que nunc nō est in sub:
iecto ꝛ immediate ante hoc fuit in eodem
subiecto. vel frigiditas que per caliditatē
corrūpitur. Sed alteratio acquisitiua est
forma accidentalis que nunc nō est in sub
iecto: et immediate post hoc erit in eodem
subiecto: vel que nunc est in aliquo subie:
cto: ꝛ immediate ante hoc non erat in eo:
dē subiecto. vt est caliditas que fit in aqua
dum calefit. Unde dupliciter capitur istud
nomen alteratio. Uno modo pro omni ac
quisitione/ vel deperditione forme acciden
tālis: ꝛ sic illuminatio medij bene dr̄ al:
teratio. Alio modo capitur istud nomē al:
teratio stricte: ꝛ sic alteratio solū recipitur
inter qualitates cōtrarias. ¶Quarto no:
tandū. ꝙ augmentatio est res extēsa que
addita alteri/ vel continuata reddit alte:
ram maiorem in extēsione ꝙ̄ prius erat/
ita ꝙ aggregatū ex illo qđ additur/ vel cō:
tinuatur/ ꝛ illo cui fit additio est maius ex
tensiue ꝙ̄ erat illud cui est facta additio.
Unde dicitur que addita propter augmen
tationē large sumptā. Et dicitur vel cōti:
nuata propter augmentationem proprie
dictam sicut est augmentatio aīalium que
fit per continuationem materie que prius
erat sub forma' nutrimenti cum materia
aīalis ꝛ per nouam partem forme genera
te/ vel per nouam partialē informationē.
Unde rarefactio cōtinetur sub augmenta
tione largissime capiēdo augmentationē
Unde rarefactio est elongatio' partiū ad:
inuicem sine earū separatione/ ita ꝙ non
est imaginādū ꝙ rarefactio fiat per acqui
sitionem noue quātitatis sicut falso multi
credūt. qđ ꝓbatur sic. q2 vel illa que prius
erat corrūpitur/ vel manet: nō est dicendū
ꝙ illa q̄ prius erat corrūpitur/ q2 vel tota
ꝓcedens corrūperetur/ vel solū pars: nō est
dicendum ꝙ tota: quia nō est verisimile ꝙ
agens naturale corrūpat aliquā formam
in aliquo subiecto vt introducat aliā eius:
dem speciei. Similiter si tota corrūpitur se:
queretur ꝙ in fine hore est verū dicere ꝙ in
finite quātitates totales sūt corrupte: qđ
ꝓbatur sic. q2 in quolibet instāti illi⁹ rare:
factiōis erit verū dicere ꝙ ibi ē maior ꝗ̄ti:
tas ꝙ̄ pri⁹. ꝗ cōtinue vna totalis ꝗ̄titas
expellitur ꝛ alia noua introducit: et cū in
fine hore sint pertransita infinita instantia
in quoꝝ quolibet fuit vna ꝗ̄titas totalis/
sequitur ꝙ in fine hore erit verū dicere ꝙ in
finite quātitates totales sunt corrupte: qđ
est absurdū. Si dicat ꝙ solū corrūpit vna
pars: arguitur ꝙ nō. q2 si solū corrūperetur vna
pars/ vel ꝗ̄titas adueniens recipet ꝓcise
vbi erat alia pars vel nō. Si dicat ꝙ sic.
ergo ꝑ cōsequēs post gñationē illius noue
quātitatis corpus non erit magis rarū ꝙ̄
prius erat. ergo nō generat noua quanti:
tas precise in illa parte. Si dicatur ꝙ nō:
sed gñatur in illa parte et in alijs. Tunc
sic arguitur. ex hoc sequitur. ꝙ aliqua pars
illius quantitatis que de nouo generatur
recipitur vbi erat alia quantitas: ꝛ sic due
quantitates simul ꝛ semel erunt in eodem

subiecto: qđ est impossibile scđm te. ergo il-
la noua quantitas nō gñatur in parte in
qua erat prior ꝙ̃titas sed in alijs. ¶Si ve
ro dicatur ꝙ quantitas precedens nō cor-
rumpitur nec secundū se totam: nec secun-
dū aliquā partē eius: sed de nouo gñatur
noua quātitas que recipitur precise ⁊ ade-
quate vbi erat quātitas precedēs. Contra
hoc arguitur sic. seqretur ꝙ due quantita-
tes eiusdem speciei specialissime informa-
rent idē subiectū: hoc aūt est falsum per te
ergo illud ex quo seqtur. ¶Scđo arguitur
seqretur ꝙ quantitas susciperet magis et
minus: quod manifeste est contra te. probo
tñ consequentiā: quia ꝙ̃titas p̄cedens est
in subiecto qđ rarefit: et quātitas sequens
recipitur in eodē subiecto p̄cise ⁊ adeqte. ergo
quātitas suscipit magis ⁊ minus. ꝓbatur
qꝛ suscipere magis/ ⁊ minꝰ nō est aliud ꝙ̃
formā vniri alteri forme eiusdē speciei spe-
cialissime in eodem subiecto precise/ ⁊ ade-
quate: sed ita esset in ꝓposito. ergo quātitas
susciperet magis/ ⁊ minus relinqtur. ergo ꝙ
rarefactio fit per elōgationē ꝑtiū sine acq-
sitione: vel deperditione alicuius rei per se.
Sed cōdensatio ꝯtinetur sub diminutione
large capiendo diminutionē. Vñ cōdensa-
tio nō fit per deperditionē alicuꝰ quātita
tis. qđ ꝓbatur sic. qꝛ vel fieret per deperdi-
tionē ꝙ̃titatꝭ in toto subiecto vel ꝑ deꝑdi-
tionē ꝙ̃titatis in ꝑte subiecti: sed nullū est
dicendū. ergo non fit per deperditionē quāti-
tatis. minor ꝓbatur. qꝛ si fieret ꝑ deperdi-
tionē totius ꝙ̃titatis: tūc seqretur ꝙ tota
ꝙ̃titas precedēs desineret esse in instāti/
⁊ ꝙ q̄litates manentes migrarēt de subie-
cto in subiectū: hoc autē est falsum. ergo illud
ex quo seqtur. sed qđ nō fit per deꝑditionē
ꝙ̃titatis in vna ꝑte. ꝓbatur sic. qꝛ tunc se-
q̄retur ꝙ illa pars maneret sine ꝙ̃titate
vel ꝙ alia ꝙ̃titas migraret de subiecto in
subiectū: hoc aūt est falsum. ergo illud ex quo
seqtur. ergo relinquitur ꝙ condensatio nō
fit illo modo: sed per solā compressionē par
tiū adinuicē. ¶Quinto notandū est ꝙ loci
mutatio est mutatio de vno loco in aliū lo-
cū: ⁊ duplex est talis. Nā quedā est subita/
vt est mutatio qua deus in instāti faceret
angelū qui est in celo esse in terra. Alia est
successiua: ⁊ continet sub se sex spēs q̄ sunt
mutatio sursum: deorsum: ante: retro: dex-
trum: et sinistrū. Vñ tunc mobile mouetur
sursum/ qñ recedit a centro mūdi: et tendit
versus concauum orbis lune. Et tunc mobi
le mouet deorsum: qñ recedit a concauo or
bis lune/ ⁊ tēdit versum centrū mūdi. Sed
mobile dꝛ moueri ante; qñ elongat ab an-
teriori parte alalis nō ascendēdo: vel de-
scendendo. Et dꝛ mobile moueri retro. qñ
elōgatur a posteriori parte aialis nō ascē
dendo/ vel descēdēdo. Et dicitur moueri in
dextrū: qñ elōgatur in dextra parte aialis
non ascendendo vel descendendo. Et dici-
tur moueri ad sinistrū: qñ elongatur a sini
stra parte aialis nō ascendēdo vel descen
dēdo. Vñ in rebus inaiatis nō reperiūtur
iste differentie nisi similitudinarie. ¶Sex-
to notandum est ꝙ mutatio supnaturalis
est mutatio q̄ fit ab agente supernaturali:
⁊ sub se cōtinet tres species que sunt crea-
tio: annihilatio: trāsubstātiatio. Vñ crea-
tio est res q̄ a creatore fit independenter:
vt est aia rōnalis dū fit. Nam dum aiam
rōnalē deus producit/ nō producit eā con-
currēte aliqua creatura: sed se solo eā pro-
ducit. ita ꝙ nulla creatura pōt eā ꝓduce-
re. ꝓbatur per illud qđ habet ecclesiastes
xij. ⁊ reuertat puluis in terrā suam vñ erat
et spūs redeat ad deū qui dedit illuz. An-
nichilatio vero est res q̄ desinit esse scđm
quodlibet sui. Vñ dicitur scđm qđlibet sui:
ad differentiā corruptionis. Nā qñ aliqđ
corrumpitur materia q̄ prius erat: manet
post corruptionem. et hoc ꝓprie capiendo
corruptionē. Sed ad hoc ꝙ aliqđ ānichile-
tur requiritur ꝙ nichil eius maneat. Sed
trāsubstātiatio est destructio vniꝰ substan
tie scđm se totā cui succedit alia substantia
in eodē loco p̄cise/ et adequate. vt substan-
tia panis in sacramēto altaris trāsubstā
tiatur. Nam ipsa virtute cōsecrationis de-
sinit esse scđm quodlibꝫ sui sub speciebꝰ sa-
cramētalibus. et ei succedit verum corpus
xp̄i sub eisdē speciebus per realē coexisten-
tiā. ita ꝙ ille species corpori xp̄i coexistūt/
licet non inhereāt corpori xp̄i. ¶Conclusio
responsiua sex sunt species mutationis natu
ralis vt pꝫ ex dictis. ¶Et ad rōnes añ op
positū. ¶Ad primā distinguitur maior vel
ꝙ creatio sit mutatio supnaturalis/ et sic
conceditur: vel ꝙ sit mutatio naturalis/ ⁊
sic negat. ⁊ cōceditur minor. ⁊ negat ꝯña.
¶Ad scđam distinguit: vel ꝙ sit mutatio
supnaturalis. et sic cōceditur: vel natural
⁊ sic negatur. ⁊ conceditur minor: ⁊ negat
cōsequētia: vel dꝛ ad istas duas ꝙ creatio
cōtinet sub gñatione large capiēdo istud
nomen gñatio: ⁊ annichilatio cōtinet sub
corruptione large capiendo istud nomen
corruptio. ¶Ad tertiā conceditur maior: et
negatur minor. vñ dicitur ꝙ gñatio natu-
ralis ꝓprie dicta q̄ cōiter fit ab agēte na-
turali est mutatio successiua. vt dꝛ ꝙ aliq̄
pōt esse subita. ¶Ad quartā distinguitur

antecedens vel large capiendo generatio
nē/ ⁊ sic cōceditur: vel proprie/ ⁊ sic negatur
¶ Ad quintā cōceditur ancedens: et nega
tur cōsequentia. q2 rarefactio cōtinetur sub
augmentatione large capiēdo augmēta-
tionē: ⁊ condēsatio cōtinetur sub diminu-
tione large capiēdo diminutionem. ¶ Ad
sextū distinguit maior vel ꝙ sit mutatio su
pernaturalis. ⁊ sic ꝯceditur: vel ꝙ sit mu-
tatio naturalis ⁊ sic negatur: ⁊ cōceditur
minor. ⁊ negatur cōsequētia.

Queritur vicesimotertio. vtrum ad tria
predicamenta sit per se motus? Et ar
guitur pͥmo ꝙ ad plura: q2 ad substantiaꝫ
est per se motus. ergo ad plura predicamēta
ē per se mot9. Ancedens ꝓbatur q2 ad sub-
stantiā est generatio: et etiam corruptio.
¶ Scdo ad passionē est ꝑ se motus. ergo ad
plura ꝑdicamēta ꝙ̄ ad tria est per se mot9
Ancedēs ꝓbatur q2 per motū incipiunt ve
rificari dicibilia de predicamēto passionis
importantia motum. ¶ Tertio arͬ sic bene
sequitur ad quātitatē est ꝑ se motus: ⁊ aliq̄
ꝙ̄titas est substātia: ergo ad substantiā est ꝑ
se mot9. ergo ad plura ꝑdicamēta ꝙ̄ ad tria ē
per se motus. ¶ Quarto arͬ sic omis augmē
tatio proprie dicta est gnātio: ⁊ gnātio pro
prie dicta est ad substantiam. ergo ad substan
tiam est per se motus. ¶ Quinto arͬ sic: ad
quātitatē non ē per se motus: ergo non ad il
la tria ꝑdicamenta est ꝑ se motus. Ans pro
batur. q2 ois mot9 qui nō est circularis. fit
de cōtrario in contrariū: sed quātitas non
hꝫ cōtrariū. ergo ad quātitateꝫ nō est ꝑ se mo
tus. ¶ Sexto arͬ sic. ad aliqd est ꝑ se motus
ergo ad plura predicamēta ꝙ̄ ad tria est per
se mot9. Ans probatͬ. q2 ad albedinē ē per
se motus: cū sit q̄litas: ⁊ albedo est ad ali-
quid cū sit similitudo. ergo ad aliquid est per se
motus. ¶ Septimo arͬ sic. ad predicamen-
tū vbi nō est ꝑ se mot9. ergo nō ad illa tria est
ꝑ se motus. Ans probatͬ. q2 ꝑ motū localeꝫ
nō variātur dicibilia predicamenti vbi. ergo
ad vbi ꝑ se non est mot9. probatur ans de
motu celi. Nā ipm ꝯtinue mouetͬ: ⁊ tn̄ nūꝗ̄
est in alio vbi ꝙ̄ pͥus. ergo ꝑ motū ei9 non
variātur dicibilia predicamenti vbi. ¶ Octa
uo arͬ sic. ad ꝑdicamentū situs est ꝑ se motus
ergo ad plura ꝙ̄ tria ē per se motus. Ante
cedēs probatͬ. q2 per motū mēbroꝝ varian
tur dicibilia ꝑdicamenti situs. ergo ad ipm
est mot9. ¶ In oppositū arͬ auctoritate Ari
sto. in quinto phisicoꝝ. ¶ Pro solutione que
stionis notandum ē primo ꝙ illud nomen
mot9 tripliciter capitur. Uno mō pro omi
mutatione siue illa sit instātanea/ siue suc-
cessiua: et sic est terminus conuertibilis cū
isto termino mutatio. Scdo mō capitur pro
omni mutatione successiua: ⁊ sic capitͬ duꝫ
diffinitͬ ab Aristo. in tertio phisicorum sic.
motus est actus entis in potētia scdm ꝙ
huiusmoi: ⁊ sic gnātio ⁊ corruptio sūt mo-
tus. Tertio mō capitur ꝓ mutatione cuius
subiectū est ens cōpletū in actu formali: ⁊
sic capitͬ dū dr ꝙ generatio non est motus
nec simͬr corruptio: ⁊ sic capitur dū dicitur ꝙ
ad tria ꝑdicamenta est ꝑ se motus. ¶ Secū
do notandū est ꝙ iste terminus per se du-
pliciter capitͬ. Uno mō vt est terminus ꝑme
titētionis. et hoc tripliciter. Uno mō vt tā
tū valꝫ sicut solitarie: ⁊ sic capitͬ dū dr ꝙ sor.
ꝑ se studet. i. solitarie studet. Scdo modo ca
pitur vt tm̄ valet sicut quocūꝗ alio secluso
⁊ illo mō capitur dū dicitur ꝙ ista ē vera
substātia pure rei materialis est ꝑ se diui-
sibilis. i. quocūꝗ accidente secluso a substā
tia pure rei materialis adhuc ipsa est diui
sibilis: ⁊ hoc est verum. Tertio modo capi-
tur vt tm̄ valet sicut necessario. et sic capi-
tur dū dr ꝙ deus per se ē eternus. nam tm̄
valet sicut deus necessario ē eternus. Alio
mō capitur ꝑ se vt ē terminus scde intenti
onis. et hoc dupl'r. Uno mō vt tm̄ valet si-
cut essētialiter: ⁊ sic capitur dū dicitur ꝙ q̄
dā differētie sunt ꝑ accidens. i. que ꝑdican
tur accidentaliter ⁊ quedā sunt ꝑ se. i. que
ꝑdicātur essentialiter. ¶ Scdo modo capi-
tur per se vt tm̄ valet sicut ꝑdicatū conueni
ens subiecto qd cū eo facit propositionem
necessariā: ⁊ illo mō capitur ab Aristote-
le in primo posterioꝝ dū dicit ꝙ propōes
ingrediētes demōstrationem debet esse de
per se de omni ⁊ de scdm ꝙ ipm. ¶ Tertio
notandū est ꝙ dupliciter pōt intelligi ꝙ
solū ad tria ꝑdicamenta sit ꝑ se mot9. Uno
modo ꝙ dū aliquid mouetͬ solū acquiritur
aliqua res alicui9 triū ꝑdicamētoꝝ ⁊ hoc
est verū. Nā dū aliquid mouetͬ acquiritur
res q̄ est substātia vel qualitas: cū ois res
que acq̄ritur sit substātia vl' qualitas. Nā
omnis res ē substantia vel qualitas. Silr
isto modo ista cōcederetur solū ad duo pre
dicamēta est ꝑ se motus. i. dū aliquid mo-
uetur res que acquiritur est res duoꝝ ꝑdi-
camētoꝝ: ⁊ nulla res acquiritͬ quin sit res
alicuius duoꝝ ꝑdicamētoꝝ ⁊ hoc est verum
Similiter isto modo ista concederetur so-
lum ad rem vnius predicamenti est per se
motus: cum sensus eius sit ad rem vnius
predicamēti est per se motus: et ad nullaꝫ
rem est motus que non est res illius predi
camenti ⁊ hoc est verum. Nam nulla res
acquiritur per motum que non sit de predi
camento ad aliquid. Alio modo potest in-

telligꝫ q̄ solum ad tria predicamenta est
per se motus. Uel q̄ dum aliquid mouetur
tunc de illo verificatur aliquis terminus a
licuius trium predicamentoꝝ immediate:
ita q̄ illa verificatio non presupponit pre
cedentem verificationem alterius termini
qui non importat motum. et sic verum est
q̄ ad tria predicamenta solum est per se
motus. ¶ Quarto notandum est q̄ ad re-
lationem non est per se motus. et causa est
quia ad hoc q̄ aliquis terminus de predica-
mento ad aliquid de aliquo verificetur de
nouo. non oportet q̄ res de qua verificatur
mutetur. Nam talis verificatio potest fieri
sine motu. vt patet per beatum Augusti-
num quinto de trinitate capitulo vltimo
dicentem. nummus autem cum dicitur pre-
cium relatiue dicitur: nec tamen mutatus
est cum esse cepit precium Similiter ad hoc
q̄ dicibilia predicamenti ad aliquid de no
uo verificentur requiritur q̄ prius fiat ve-
rificatio alicuius dicibilis alterius predi-
camenti. Nam de nullo dicitur hoc est si-
mile nisi prius sit verum dicere hoc est qua
le. ita q̄ causa quare variantur dicibilia
predicamenti ad aliquid est varietas ali-
cuius trium predicamentorum. Sed ad pre
dicamentum passionis vel actionis nō di
citur esse motus. et duplex est causa. Una
causa est quia ad motum non est motus. vt di
cit Aristoteles in quinto phisicoꝝ. modo
dicibilia predicamenti passionis de signi-
ficatione formali importāt motum per mo-
dum motus: cum significent per modum a-
ctionis vel passionis. ergo ad illa predica-
menta non dicitur esse motus. Secūda cau
sa est: quia causalitas verificationis dicibi
lium illorum predicamentorum non est mo
tus. Nam ista causalis non est vera istud
corpus mouetur motu calefactionis quia
calefit: sed ista causalis est vera. hoc fit cali
dum quia calefit. Similiter ad predicamē-
tum situs non est per se motus. quia dicibi
lia predicamenti situs non variantur quo
ad verificationem nisi quia per prius na-
tura variantur dicibilia predicamenti vbi
Sed ad substantiam non dicitur esse mo-
tus. eo q̄ motus capitur in proposito pro
mutatione cuius subiectum est hoc aliquid
modo subiectum generationis vel corrup-
tionis non est hoc aliquid: sed ipsa mate-
ria que est potentia subiectiua. ¶ Conclu-
sio responsiua solum ad tria predicamen-
ta est per se motus ita q̄ causa quare vari-
antur denominationes trium predicamē
torum immediate est motus. ista conclusio
satis patet ex dictis. ¶ Et ad rationes an

te oppositum. ¶ Ad primam negatur an
tecedens et ad probationem eius concedi-
tur antecedens et, negatur consequentia.
quia generatio non est motus strictissime
capiendo motum. ¶ Ad secundam nega-
tur antecedens et ad probationem eius cō-
ceditur antecedens et negatur consequen
tia. quia licet dū aliquid mouetur incipiant
verificari dicibilia predicamenti passio-
nis. non tamē verificantur causaliter per
motum. ¶ Ad terciam negatur consequen
tia. quia termini in vna tenentur materi-
aliter siue simpliciter et in alia personali-
ter et non valet consequentia: ¶ Ad quar-
tam distinguitur maior: vel large capien-
do generationem et sic conceditur: vel pro
prissime et sic negatur. ¶ Ad quintam ne-
gatur antecedens. et ad probationem ei⁹
distinguitur maior: vel large capiendo cō
trariū et sic conceditur. vel stricte capien-
do contrarium et sic negatur. ¶ Ad sextā
negat̄ antecedens. et ad probationem eius
conceditur maior et negatur consequētia.
¶ Ad septimā negatur antecedens. et ad
probationē eius negatur antecedēs. et ad
ꝓbationē eius dicit̄ q̄ licet celum mobile
non variet vbi secundū se: tamen bene se-
cundū suas partes diuisiue. ¶ Ad octauā
negatur antecedens. et ad probationem
eius distinguitur: vel q̄ varientur verifica
tiones dicibilium predicamenti situs im-
mediate et sic negatur: vel mediate scili-
cet mediante variatione predicamenti vbi
et sic conceditur.

Queritur vicesimoquarto vtrum magni
tudo cōponatur ex indiuisibilibus?
Et arguitur primo q̄ sic diuidendo conti-
nuū est deueniendum ad vltimā ei⁹ partē:
ergo magnitudo cōponitur ex indiuisibilibus
Antecedēs probatur quia si nō esset deueniēdū
ad vltimā ei⁹ partē ipsum esset infinitum.
¶ Secūdo ar̄ sic. aliqua pars magnitudinis
est minor oī alia parte magnitudinis. et illa
est infinita. Añs probat̄. quia aut oīs parte ma-
gnitudinis ē aliqua minor vel nō. Si sic de t
illa vel est diuisibilis vel indiuisibilis. Si
diuisibilis. ergo non est minor. Si indiuisibil
habet̄ ꝓpositū. ¶ Tertio ar̄ sic. si magnitu-
do non cōponeret̄ ex indiuisibilibus sz ex
semꝑ diuisibilibus. sequeret̄ q̄ mobile velo
cissimū nunq̄ posset attingere tardū quod
est contra sensū. probo consequētiā quia q̄ tū
cūq̄ mobile tardū tarde moueatur semper
pertransit infinitas partes: et quantūcunq̄
mobile velocissimum velocissime moueatur
non pertransit nisi infinitas partes: ergo
mobile velocissimum nunq̄ poterit attinge-

ve tardum. ¶Quarto arguitur sic. continuum potest esse diuisum in omnes suas partes. quo posito in esse: quelibet illarum partiū erit indiuisibilis aliter non esset diuisum in oēs suas partes. ergo magnitudo cōponitur ex indiuisibilibus. ¶Quinto arguitur sic. si magnitudo nō cōponeretur ex indiuisibilibus: sed ex semꝑ diuisibilib⁹. sequeretur ꝙ non plures partes essent in celo ꝙ̄ in grano milij: sed hoc est falsum ergo magnitudo cōponitur ex indiuisibilib⁹. ¶Sexto arguit̄ sic. dū aer locat aliqđ corpus vltima pars aeris tāgit vltimā partē corporis locati. ergo est dabilis vltima pars aeris. ⁊ ꝑ consequēs magnitudo solū habet finitas partes q̄ sunt indiuisibiles. Nam aliter nō esset dabilis vltima. ꝗ cōtinuū cōponit̄ ex indiuisibilib⁹. ¶Septimo arguit̄ sic. mobile qđ mouet̄ motu recto suꝑ aliquā magnitudinē aliqñ venit ad terminū ad quē. ⁊ ille termin⁹ ad quē est vltima pars illius magnitudinis q̄ nō est vlteri⁹ diuisibilis. ꝗ cōtinuū cōponit̄ ex indiuisibilibus. minor ꝑbatur. qꝛ si ille terminus ad quem non esset quoddā indiuisibile. sequeretur ꝙ nullus esset terminus ad quem in motu recto qđ est absurdum. ¶Octauo ar̄ sic. ponantur duo mobilia: scꝫ a et b. super magnitudinem c. et volo ꝙ a moueatur in duplo velocius ꝙ̄ b. ⁊ ꝙ semper cum venerit ad finem alicuius partis spectet b. ⁊ sic vsꝗ ad finem: tunc vel a ⁊ b venient simul ad finē: vel a anteꝙ̄ b. si simul. ꝗ a nō mouebatur in duplo velocius qđ est cōtra casum. Si a citius perueniat ad terminum ꝙ̄ b: ꝗ a nō in qualibet parte expectauit b quod est etiam contra casum. ¶In oppositum arguitur. nichil componitur ex his q̄ non sunt: sed nulla indiuisibilia sunt in cōtinuo que sunt partes continui. ergo magnitudo nō componitur ex indiuisibilib⁹. ¶Pro solutione questionis ponuntur due conclusiones. Quarum prima talis est nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. Probatur primo ista conclusio rationibus Aristotelis in sexto phisicorū quas ego credo esse demonstratiuas. ¶Et primo arguitur sic. si magnitudo componeretur ex indiuisibilibus: vel illa indiuisibilia essent continua vel contigua: sed nullum est dicendum. ergo magnitudo non componitur ex indiuisibilibus. minor probatur. et primo ꝙ non sint continua: quia continua sunt quorum vltima sunt vnum: sed indiuisibilia non sunt quorum vltima sunt vnū: ergo nō sunt cōtinua. minor ꝑbat. qꝛ indiuisibilia nō habent vltima. Sed ꝙ nō sunt cōtigua. ꝑbatur qꝛ cōtigua sunt quoꝝ vltima sunt simul: sed indiuisibilia nō sunt quoꝝ vltima sunt simul cū nō habeāt vltima: ergo non sunt cōtigua. Et similiter potest probari ꝙ nō sunt cōsequēter se habētia. Scđo arguitur sic. si magnitudo cōponitur ex indiuisibilib⁹ sit illa a. cui⁹ ꝑtes indiuisibiles sunt b. et c. q̄ritur vel b. tangit c. vel nō. si non: ergo b. nō continuatur c. si tangit c vel tangit c. scđm se totū vel scđm partē eius. si tangit scđm se totū siue secundum quodlibet sui: ergo b non reddit magnitudinem a maiorem ꝙ̄ esset sine b. nam indiuisibile additum indiuisibili non reddit ip̄m maius. Si b. tangit c. secundū partē eius et non scđm totū: ergo b. habet partes: ergo b. non est indiuisibile: ergo b. est indiuisibile et b. non est indiuisibile qđ implicat contradictionē: ergo impossibile est ꝙ magnitudo sit composita ex indiuisibilibus. ¶Tertio arguitur sic. si magnitudo esset composita ex indiuisibilibus sequeretur ꝙ nullus motus esset cōtinuus ꝙ est cōtra sensum: sed oīs talis cōponeretur ex mutatis esse. ꝑbatur ꝯña: qꝛ si magnitudo est cōposita ex indiuisibilib⁹ / vel est composita ex infinitis indiuisibilibus vel ex finitis. non ex infinitis. qꝛ tunc quelibet magnitudo esset infinita secundū extēsionem cū cōtineret infinitas partes equales. Si ex finitis: ergo est dabilis magnitudo que solum habet quattuor partes / et sit illa a et partes eius sint b. c. d. e. et volo ꝙ mobile f. moueatur suꝑ illā magnitudinē. tunc arguitur sic. vel mobile f. dum recedit a. b. acquirit c. totum simul vel vnā partē post aliā. si acquirit b. totū simul: ergo non mouetur continue siue successiue ad c. nec a. c. ad. d. ergo nullus motus erit continuus. Si acquirit prius partem de c. ꝙ̄ totum c. ergo c. habet partes: ergo c. non est indiuisibile: sed diuisibile: ergo est diuisibile et indiuisibile qđ implicat contradictionem ergo nulla magnitudo componitur ex indiuisibilibus. ¶Quarto ar̄ sic. si magnitudo ꝯponeret̄ ex idiuisibilib⁹ seq̄retur ꝙ aliqđ moueret̄ ad aliquē terminū: et t̄n iam esset mutatum ad illum terminum. ꝑbatur consequētia sic. volo ꝙ sit magnitudo habens quattuor partes vt prius: et sit scđa pars eius b. et volo ꝙ aliquod mobile incipiat moueri super illam magnitudinē. vel ergo mouetur illud mobile ad b. dum est in toto b. vel dum est in parte b non dum est in toto b. quia si est in toto b. iam est mutatū ad b ergo simul moueret̄ ad totū b, et esset mutatū ad b. qđ est īpossibile. Si dicat̄ ꝙ

mouetur ad b. dū est in parte b. ergo b. ha:
bet partes ergo b. nō est indiuisibile: ergo
magnitudo nō cōponit ex indiuisibilib⁹ qđ
erat probandū. ¶ Quinto arĩ sic. si magni:
tudo cōponiẽ ex indiuisibilib⁹ seq̄retur ꝙ
mobile velocissimum nunq̄ posset attinge
re tardū qđ est cōtra sensuz. ꝓbat ꝯña. ꝛ vo
lo ꝙ sit magnitudo cōposita ex decē indi:
uisibilibus q̄ sit a. ꝛ sint duo mobilia scʒ b.
tardū ꝛ c. velocissimū. et volo ꝙ b. incipiat
ante c. ita ꝙ pertrāsiuit duas ptes anteq̄
c. inceperit moueri. quo facto volo ꝙ c. mo:
bile velocissimum moueatur post b. tunc c.
nunq̄ attinget b. ꝓbatur sic: qꝛ quātūcūq̄
b moueatur tarde in tempore quātūcunq̄
paruo mutatur per vnū indiuisibile siue in
instanti. ꝛ quātūcunq̄ c. velociter mouea:
tur nō pertrāsit simul nisi vnū indiuisibi:
le nā si duo simul pertrāsiret nō perprius
moueretur ad vnum q̄ ad alterū: g̃ c. velo
cissimū nunq̄ perueniet ad b. tardissimuʒ
qđ est manifeste cōtra sensum. ¶ Sexto arĩ
sic. si magnitudo cōponeretur ex indiuisi:
bilib⁹ seq̄retur ꝙ mot⁹ cōponeretur ex mu:
tatis esse ꝛ tp̄s ex instātib⁹: sed hoc est fal:
sum. nā tunc nullū tp̄s esset cōtinuū. ꝓba:
tur ꝯña. qꝛ magnitudo mot⁹ ꝛ tp̄s cōsimi:
liter diuiduntur. ¶ Septimo arĩ sic si ma:
gnitudo cōponeretur ex indiuisibilib⁹ fini:
tis seq̄retur ꝙ non q̄libet magnitudo pos:
set diuidi in duas partes eq̄les: sed hoc est
cōtra sensum. ꝓbatur tñ ꝯña qꝛ capio ma:
gnitudinē cōpositā ex quinq̄ partib⁹ indi
uisibilib⁹. Tunc arguitur sic. si illa diuida
tur in duas partes equales: g̃ q̄libet pars
diuisionis habebit duo indiuisibilia cum
medio: ergo indiuisibile est diuisibile quod
est impossibile: vel vna illarū partiū habe
bit tria indiuisibilia: et alia pars solū duo
et sic nō diuiditur solū in duas partes eq̄:
les: ergo dabilis est magnitudo q̄ nō pōt
diuidi in duas partes equales ¶ Octauo
arguitur. si magnitudo cōponeretur ex in:
diuisibilibus seq̄retur ꝙ aliqđ indiuisibi:
le esset maius linea ꝓbatur ꝯña/ ꝛ volo ꝙ
triangulus equilaterus cui⁹ basis sit sex
punctoꝝ. ꝛ hoc supposito volo ꝙ ascēdēdo
ꝯsimconsū ꝓtrahaẽ de latere ad lat⁹ vna
linea. q̄ facto illa linea nō habet tot ptes
indiuisibiles sicut basis cum sit breuior: sit
ergo linea quinq̄ indiuisibilium ꝛ volo ꝙ
adhuc sup eā ꝓtrahatur de latere in lat⁹
alia sup illā. q̄ facto illa erit quattuor indi
uisibiliū cum sit minor. ꝛ alia supra illā ꝓ:
trahat q̄ erit triū indiuisibiliū cum sit mi:
nor. et ꝓtrahatur alia q̄ erit duorū indiui:
sibiliū. et volo ꝙ sup illā ꝓtrahatur alia. q̄
solū erit vnius indiuisibilis: ergo aliq̄ ma
gnitudo cōponeẽ solū ex vno indiuisibili ꝛ
volo ꝙ adhuc ꝓtrahatur alia quo facto il
la est minor q̄ sit illa que est imediate sub
ipsa. et alia per positum nō est nisi vnū in
diuisibile: ergo indiuisibile est maius ali:
qua linea qđ est absurdū. ¶ Nono arguiẽ
sic. si magnitudo cōponeretur ex indiuisibi:
libus seq̄retur ꝙ nunq̄ poterit esse trian:
gulus equilater⁹. ꝓbo ꝯñam. et volo ꝙ su:
per lineā rectā a erigātur due linee quarū
quelibet cōponitur ex trib⁹ partib⁹ quaꝝ
supreme causantes angulū sint b et c. vel
ergo ille linee cōcurrunt in b. vel in c. Si di
catur ꝙ cōcurrāt in b. ergo ille non sunt li
nee equales cū vna habeat tres partes et
alia solū duas. Si dicatur ꝙ ꝯcurrūt in c.
seq̄tur idem incōueniens. Si nō cōcurrunt
in aliquo illoꝝ: ergo nō cōstituūt angulū/
ꝛ ꝑ cōseq̄ns ex ipsis nō fit triāgul⁹ equila:
terus. ¶ Decimo arĩ sic. si magnitudo com:
poneretẽ ex indiuisibilibus seq̄retur ꝙ dia:
meter quadrati esset equalis coste. probo
ꝯñam. volo ꝙ costa superior quadrati con
tineat quattuor idiuisibilia ꝛ inferior tot:
quo posito volo ꝙ a vna costa illarū in ali
am protrahantur quattuor linee/ vel ergo
quelibet illarū linearum q̄ intersecat dyas
metrū habet precise tot puncta quot dya:
meter habet/ vel dyameter habet plura. ꝯ
Si costa habet tot indiuisibilia quot ha:
bet dyameter: ergo costa est equalis dya:
metro quod est impossibile. vel dyameẽ ha:
bet plura vel ergo linea cadens sup dya:
metrū tangit solū vnū indiuisibile vel plu
ra: si solū tangit vnū: ergo dyameter solū
habet tot indiuisibilia sicut costa. cum om:
nes linee q̄ possunt protrahi a costa in co:
stā sint protracte per dyametrū tāgentes
totū dyametrū. Si dicatur ꝙ linea cadēs
sup dyametrum tangit plura/ vel ergo hoc
est secundū se totū vel secundo partem. Si
secundū se totū: ergo vnum indiuisibile in
ꝯtinuo coexistit plurib⁹ indiuisibilib⁹ situ
distantib⁹ ꝛ per cōseq̄ns tandē coexisteret
indiuisibili distanti ab altero per vnū sta:
diū: vt patet in quadrāgulo lōgo. Si dica:
tur ꝙ scđm partes coexistit diuersis indi:
uisibilib⁹: ergo indiuisibile habet partes
quod est impossibile: ergo nulla magnitu:
do cōponiẽ ex indiuisibilib⁹. ¶ Undecimo
arguitur sic. si magnitudo componeretur
ex indiuisibilib⁹ seq̄retur ꝙ tot essent par:
tes equales in paruo circulo sicut in ma:
gno. ꝯsequēs est cōtra sensum: vt de se pa:
tet. ꝓbatur tñ ꝯña qꝛ volo ꝙ circa idē cen:
trū describaẽ paruus circulus ꝛ circa idem

centrum magnus circulus Nam idem cen trum potest esse centrum infinitorum circu lorum: quo facto volo q̄ protrahant linee a superficie magni circuli vsq̄ ad centrum sic q̄ a quolibet indiuisibili magni circuli protrahatur linea ad centrum. quo facto quelibet linea protracta intersecabit par uum circulum. vel ergo linea cadens su per paruum circulum tangit solū vnum in diuisibile in paruo circulo vel plura. Si solū tangit vnū sequitur q̄ tot sunt partes eq̄les in paruo circulo sicut in magno cū a q̄libet indiuisibili magni circuli sit protra cta linea que solum tāgit vnū indiuisibile in paruo circulo. Si vero dicatur q̄ illud indiuisibile tangens paruum circulum tā git plura indiuisibilia simul: ergo vnum indiuisibile in continuo correspondet plu ribus situ distantibus quod est manifeste falsum. ergo nulla magnitudo componit̄ ex indiuisibilibus. sed omnis componit̄ ex magnitudinibus. ¶ Duodecimo arguit̄ sic. si magnitudo componeret̄ ex indiuisibili bus sequeretur q̄ linea minor esset equa lis maiori quod est manifeste falsum. pro batur cōsequentia sic. volo q̄ sit linea mil le punctorum que sit b. ⁊ constituatur sup̄ eam triangulus et angulus cōprehensus a duobus alijs lateribus sit f.c. deinde sup̄ b. trahatur linea ab vno latere ad ali ud que sit d. que est minor q̄ sit b. nouum est. sit centum indiuisibilium: et supra istā trahatur alia que sit decem indiuisibiliū et sic deinceps quo facto nulle illarum li nearum concurrent que tangunt lineas laterales: ergo tot erunt partes equales i vna sicut in linea b. ergo linea minor est equalis maiori. ¶ Decimo tertio arguitur sic. quia si magnitudo com poneretur ex indiuisibilibus sequeretur q̄ circulus posset quadrari quod est impossi bile. probatur consequentia quia volo q̄ sit vna linea circularis que solū componit̄ ex octo partibus indiuisibilibus. quo posito volo q̄ illa linea circularis diuidatur i q̄t tuor partes equales q̄ erūt eque longe per casum quelibet solum habebit duo indi uisibilia. et volo q̄ ex illis fiat quadratum quo facto illud quadratum est equale cir culo cum circulus precise cōtineret tot par tes equales quot continet quadratum er go circulus poterit quadrari quod est im possibile. ergo nulla magnitudo cōponitur ex indiuisibilib⁹. Similiter sequitur q̄ cir cumferentia semicirculi est equalis diame tro quod etiā est impossibile. ⁊ ex p̄missis rō nes que sumuntur ex doctrina Aristotelis in sexto physicorū: Et alie sex euidenter con cludunt iudicio meo q̄ impossibile ē q̄ ma gnitudo componatur ex indiuisibilibus et possent etiam adduci multe alie tam natu rales q̄ mathematice: sed iste pro nūc suf ficiāt. ¶ Secūda conclusio in nulla magni tudine est aliqđ indiuisibile qđ dicitur ab aliquib⁹ punctū. Unde ista cōclusio potest p̄bari oībus rōnibus quibus probatur p̄ ma conclō. Nā equaliter concludunt de ta lis accidētib⁹ sicut de magnitudine. ¶ Se cundo probat̄ sic. q̄ si punctū est aliquid in diuisibile in cōtinuo: vl' ē pars essentialis linee vel p̄s integralis vel ē accidēs linee. Non est dicendum q̄ sit pars essentialis li nee. q̄ vel esset materia vel forma: sȝ nullum est dicendū. ergo. non est de essentia linee. Sed q̄ non sit pars integralis linee pro batur. q̄ si eēt pars integralis linee seque retur q̄ linea cōponeretur ex pūctis qđ ē impossibile vt probatū est in prima cōclu sione. Sȝ q̄ nō sit accidēs linee. p̄batur sic q̄ omne accidens deus pōt separare a suo subiecto sine mutatiōe subiecti. ergo illđ de us pōt separe a suo subiecto: ponat̄ ergo in esse: quo facto queritur vel p̄tes linee sunt adhuc ꝯtinue vl' nō. Si nō: ergo p̄tes linee sunt situaliter mutate qđ est cōtra casum si sunt adhuc continue q̄ frustra ponuntur illa pūcta ad cōtinuandū p̄tes linee: ergo nulla talia indiuisibilia debent poni in cō tinuo. ¶ Tertio probatur ista conclō. si ta lia puncta essent in linea sequeret̄ q̄ illa pūcta essēt immediata vel q̄ aliqua linea esset sine punctis. p̄bo cōsequentiā et volo q̄ deus destruat vnā lineā existentē sup̄ ali quod corpus planum remanētib⁹ oībus ac cidentibus q̄ dicūtur pūcta sic q̄ nullo mō localiter mutentur. sicut deus in sacramē to altaris transmutat substantiā panis si ne mutatiōe locali accidētiū. Nā si sint ta lia accidētia que dicunt̄ puncta eque bene pōt vnū facere sicut alterū. quo facto q̄ri tur vel pūcta remanentia sup̄ illud corp⁹ planū se tangunt vel non. Si dicat̄ q̄ se tā gūt: q̄ puncta in linea sunt immediata cū eodē modo se habeant nunc quo ad situū si cut se habebant in linea. Si dicat̄ q̄ nō se tangunt sed situaliter distāt ergo linea q̄ erat inter duo pūcta data erat sine pūctis q̄ nulle partes linee continuātur p̄ pūcta. Unde ista ratio adeo euidenter concludit: vt communicat intellectum: ⁊ licet p̄tinax neget eam voce non potest tn̄ eam negare mente. ¶ Quarto arguitur sic. si partes linee continuantur per puncta. dentur er go due partes continuantur per ali-

quod punctū. tunc quero vel illud punctū
est subiectiue in vna illarum partiū solum:
vel in vtraqꝫ: Si dicatur quod est in vna
illarum partium solum: ergo nō cōtinuat
aliam. Si dicatur ꝙ est in ambab⁹ arguit
sic. volo ꝙ fiat diuisio partium in illo pun
cto. vel ergo illud punctū manebit in vtra:
qꝫ parte vel solum in vna vel corrumpetur.
Si dicatur ꝙ illud pūctū manet post diui:
sionē in vtraqꝫ parte: ergo idē accidens in
numero est in duob⁹ subiectis discontinua
tis per magnū spaciū qđ non est dicēdum.
Si dicat ꝙ solū manet in vna illarū parti
um. Arguit sic non est maior rō quare ma:
gis manet in vna partiū ꝙ̄ i alia: ergo nō
est ponēdū tale punctum. Si dicatur ꝙ cor
rumpit. Arguit sic nunqꝫ accidēs eiusdem
speciei corrumpit per aduentū accidentis
eiusdem speciei: sed per te si corrumpere:
tur oporteret ꝙ generaret aliud punctum
eiusdem speciei: ergo non potest dici ꝙ cor:
rumpit: ergo nulla sunt talia pūcta i ma:
gnitudine. ¶ Sexto ar̄ sic. si essēt talia pū:
cta in magnitudine sequeret ꝙ aliqs mo:
tus localis componeretur ex mutatis esse
hoc aūt est impossibile: ergo impossibile ē
esse talia puncta in magnitudine. probat
ꝯn̄a: q̄ volo ꝙ corpus perfecte sphericū po
nat sup corpore perfecte plano. tunc illud
perfecte sphericū (vt ponentes puncta opi
nātur) tanget perfecte planū in puncto so:
lum: quo facto volo ꝙ perfecte sphericum
moueatur sup perfecte planū. tunc ꝑfecte
sphericū tanget perfecte planum in pūcto
solum. ergo motus ille cōponit ex mutatis
esse qđ est impossibile. nam eodē mō se ha:
bet motus et illud qđ mobile tangit secun:
dum diuisionē. Similiter sequeret ꝙ dum
illud punctum indiuisibile in alio corpore
mouetur per accidens ad motum sui subie:
cti ꝙ motus eius cōponeret ex mutatis et
probat ꝯn̄a: q̄ dū mouet ad motū sui subie
cti vel ei correspondet in spacio ꝑ qđ moue
tur aliqđ diuisibile vel indiuisibile. Si di
cat ꝙ diuisibile. ergo pūcto in mobili corre
spondet diuisibile in spacio: sic nunqꝫ duo
corpora se tangerēt in pūcto qđ est contra
opinantē ita esse. Si vero dicatur ꝙ illud i
diuisibile qđ mouet ꝑ accidens ad motum
sui subiecti. solū tangit indiuisibile in cōti
nuo ꝑ qđ mouet. ergo motus eius per acci
dens componit ex mutatis esse quod est im
possibile. Similiter sequitur aliud incon
ueniens scilicet ꝙ punctum mobilis non
magis esset in mobili ꝙ̄ in spacio: quod ꝓ
batur sic. quia dum aliquod punctum alicu
ius corporis spherici quod mouetur super
planum tangit punctum plani vel tangit
ipsum secundum quodlibet sui vel secundū
partem eius. Si dicatur ꝙ tangit ipsum se
cundum quodlibet sui et econuerso punctū
plani tangit sphericū secundum quodlibet
sui: ergo nō est maior ratio quare istud ꝑ ꝗ
cum est in spherico ꝙ̄ in plano nec econ:
uerso quare punctū plani est in plano ꝙ̄ i
spherico. Similiter sequitur ꝙ punctum tā
git et non tangit. Nam que se tangūt sunt
quorum vltima sunt simul. modo pūcta nō
habent vltima cum secundum te sint indi:
uisibilia. Unde multe alie rationes possūt
adduci ad istam conclusionem sed iste sunt
adeo euidentes vt philosopho nō pertinaci
sufficere debeant. ¶ Conclusio responsiua
omnis magnitudo cōponitur ex magnitu
dinib⁹ ita ꝙ nulla est pars magnitudinis
q̄ non sit magnitudo. ista conclusio satis ꝓ
batur rationibus prime conclusionis. ⁊ ꝓ
batur etiam auctoritate Aristotelis in se:
xto phisicorum: ⁊ per totā philosophiam
eius istam conclusionem tenuit vt patet ex
ꝓ in philosophia Aristotelis. Probatur
etiam ista conclusio auctoritate beati au:
gustini vndecimo de trinitate caplo deci:
mo dicentis. eadem ratio docet minutissi:
ma etiam corpuscula infinite diuidi. ¶ Se:
cundo probatur auctoritate eiusdem in li:
bro de immortalitate anime capitulo duo:
decimo dicentis. porro corpus minuitur ⁊
cum ex eo precisione aliquid detrahitur ⁊
ex quo conficitur vt tali detractione tēdat
in nichilum ⁊ soluit dicens at nulla ꝑcisio
perducit ad nichilum omnis enim pars que
remanet corp⁹ est ⁊ subdit ⁊ quicqđ hoc est
quātolibet spacio locū occupat neqꝫ id pos
set nisi haberet ꝑtes id idē in q̄s cederetur
pōt igit infinite minui ⁊ ideo defectū pati
atqꝫ ad nichilū tēdere: ꝙ̄uis ꝑuenire nūqꝫ
queat. ¶ Tertio ꝓbat auctoritate eiusdem
ad nebridiū dicentis corpa in infinitū posse
secari. ¶ Quarto auctoritate eiusdem in se
cundo soliloquiorū circa finē dicētis ꝙ si etiā
minimū circulū imaginando describam⁹ ⁊
ad centrū duas lineas circa quas vix acus
quasi ipingi possit: ꝙ̄uis i medio nō possi
mus imaginaria cogitatione alias duce
re vt ad centrū sin vlla cōmixtione ꝑueniāt
tamen ratio clamat innumerabiles posse
duci. Ex qua auctoritate patet manifeste
fuisse de mente beati augustini magnitu:
dinem in infinitum posse diuidi ita ꝙ om
nis magnitudo componitur ex magnitu:
dinibus. ¶ Et ad rationes ante oppositum
Ad primā negatur ꝯn̄a. et hoc loquēdo de

partib⁹ eiusdē ꝓportionis. et ad ꝓbationē
eius negat̄ aн̄s. et hoc capiendo infinitum
cathegoreumatice: licet sit infinitū capien
do infinitū sincathegoreumatice⁹. ¶ Ad se
cundū negatur aн̄s. et ad ꝓbationē ei⁹ di
citur ꝙ oī pte magnitudinis data est dabi
lis aliqua maior. et dū dicit̄ deī illa. nega=
tur suppositū. qꝛ supponit̄ ꝙ li aliqua ps
minor supponit determiate: qd̄ tn̄ est fīm cū
supponat confuse tm̄. ¶ Ad terciam nega
tur aн̄s. et ad probationē ei⁹ ꝯcedit̄ ꝙ mo=
bile tardū īfinitas partes pertrāsit et mo
bile velocissimū nō pertrāsit plus ꝗ infini=
tas. tn̄ in equali tpe mobile tardū non per
trāsit tot et tātas sicut velocissimū mobile.
¶ Ad quartā negatur aн̄s: scʒ ꝙ continuū
pōt esse diuisū ī oīs suas ptes: quia nulle
partes sunt oēs eius ptes: licet in oēs su=
as ptes cōtinuū possit diuidi. nā ille due
multū differūt vt pʒ sciēti logicā. ¶ Ad qui
tā distinguit̄ ꝯn̄s. vel ꝙ nō pl'es sint in celo
ꝗ in granomilij eiusdē ꝓportionis. et sic
conceditur. vel eiusdē quantitatis et sic ne
gatur. ¶ Ad sextā distinguitur aн̄s. vel ꝙ
aliqua ps aeris primo tangat locatū: ⁊ sic
negat̄. vel nō primo et sic cōceditur ⁊ nega
tur ꝯn̄a. ¶ Ad septimā ꝯcedit̄ maior ⁊ nega
tur minor. Vn̄ dicit̄ ꝙ ī magnitudine nul=
lus est terminus ad quem indiuisibilis nec
vnꝗ mobile peruenit ad terminū ad queʒ:
quin aliqua ps eius per primo venerit ad
terminū ad quē: ⁊ hoc si mobile habet par
tes. ¶ Ad octauam potest dici ꝙ illo casu
posito a. ⁊ b. simul peruenient ad terminū
et dicitur ꝙ nulla est dabilis pars ꝑ quaʒ
non citius pertransierit a. ꝗ b tamen nō
pertransiuit omnes citius ꝗ b. quia nulle
sunt omnes. Vel potest dici negando ꝙ a.
in fine partis eiusdē proportionis spectet
b. quia nullus est finis adequatus alicui⁹
partis: cū quilibet finis partis cōtinui in
finitas ptes eiusdeʒ proportionis habeat.

Q Ueritur vicesimo quinto: vtrum ange
lus possit moueri? Et arguitur primo
ꝙ non: ⁊ hoc sic. nullum indiuisibile potest
moueri: vt patet per Aristotelem sexto phi
sicorum: sed angelus est indiuisibilis: ergo
angelus non potest moueri. ¶ Secūdo ar=
guitur sic. si angelus moueret̄ vl' moueret̄ a
seipso vel ab alio. non a seipso. quia nichil
mouetur a seipso: nec ab alio. quia nō vide
tur a quo: ergo angelus non potest moue=
ri. ¶ Tertio arguit̄ sic. omne mobile locali
ter dū mouetur est partim ī termino a quo
et partim in termino ad quem: sed ange=
lus non potest esse partim ī termino a quo
et partim in termino ad quem: ergo ange
lus nō potest moueri. ¶ Quarto arguitur.
oīe quod localiter mouetur se habet cōmē
surative cum spacio: sed angelus non se ha
bet commensuratiue cum spacio/ nec se po=
test habere commensuratiue: ergo angel⁹
non potest localiter moueri. ¶ Quin
to arguitur sic. si angelus moueret̄: vel mo
ueretur in loco indiuisibili vel ī loco diuisi=
bili. Non ī loco indiuisibili. quia nullus
est talis. Nec in loco diuisibili. probatur.
quia locus est terminus corporis continē
tis: modo angelus nō potest terminari ꝑ
locū cū non habeat superficiē. ¶ Sexto ar
guitur sic. si angelus moueretur vel moue=
retur in tpe vel in instanti nō in instanti.
qꝛ nullus motus proprie dictus fit in instā
ti. Nec in tpe. probatur sic qꝛ medium non
resistit angelo: cū diuisibile non resistat in=
diuisibili: ergo nō mouetur in tpe. ¶ Septi
mo arguitur sic. beatus augustin⁹ dicit su=
per genesim de paruis. ca. xxix. ꝙ corpora=
lis creatura mouetur per tēpora et locum.
Spiritualis vero per tempus et nō per lo
cum Creator ipse nec per temp⁹ nec per lo
cum: ergo angelus nō mouetur. ¶ Octauo
arguitur sic. si angelus moueretur: vel mo=
ueretur per assumptionē alicuius corporis
vel sine assumptione alicuius corporis: sed
nullū est dicendū: ergo angelus non moue
tur. ¶ In oppositū arguitur auctoritate da
nielis prophete dicentis in persona ange
li gabrielis. ego aūt veni vt indicarem ti=
bi. ex quo textu manifeste patet gabrieleʒ
venisse ad danielem: ergo mouebatur cum
sit dei nūcius. ¶ Pro solutione questionis.
Notandum est primo ꝙ sicut dicitur ꝙ du
plex est locus scʒ locus circūscriptiuus et lo
cus diffinitiuus: ita pōt dici ꝙ motus est
duplex: scʒ motus circumscriptiuus et mot⁹
diffinitiuus. Unde motus circūscriptiuus
est dū partes mobilis correspōdent ptibus
spacij: ita ꝙ cōtinue se habent cōmensura
tiue: ⁊ tali motu non mouetur angelus: cū
nō habeat partes: sed sola corpora et extē
sa mouentur illo motu. Sed motus diffini=
tiuus est motus qui fit dum mobile pertrā
sit spaciū successiue et cōtinue nō se haben
do commensuratiue cū partibus mobilis se
cundū suas partes: cum mobile quod tali=
ter mouet̄ non habeat ptes: licet successiue
et continue coexistat diuersis partib⁹ spa=
cij: et tali motu mouetur angelus: ⁊ alia ra
tionalis separata a corpore. ¶ Secundo
notandum ꝙ dum Aristoteles in sexto phi
sicorum dixit ꝙ indiuisibile per se non po=
test moueri: ipse intellexit de indiuisibili
quod antiqui imaginabant̄ ī cōtinuo nam

scdm ipsum tale nō potest coexistere spacio
cum omne spaciū sit diuisibile: et si coexiste
ret indiuisibili motus componeretur ex mu-
tans esse: quod est impossibile. Sed de indi
uisibili quod est per se extra cōtinuū ita ꝙ
nō imaginatur habere positionē i ꝯtinuo
quēadmodū antiqui false imaginati sunt
nullā mentionē fecit: qꝛ ipse deceptus non
opinabatur esse aliquod ens indiuisibile se
paratum a materia nisi illud ens esset intel
ligentia mouens aliquē orbē celestem ita
ꝙ posuit numeꝝ angelorū iuxta numerum
orbium celestiū: et omnē talem intelligen=
tiam opinatus est false esse immobilem: ta
men ex veritate nos habemus omnem an
gelum esse mobilem: ꝛ veritate habemus ꝙ
numerus angelorum nō sumitur conformi
ter iuxta numerū orbiū celestium: cuꝫ valde
plures sint angeli ꝙ̄ orbes celestes: vt pa
tet danielis septimo: milia miliū ministra
bant ei: et decies centena milia assistebāt
ei ¶ Conclusio responsiua. angelus potest
moueri. Ista conclusio probatur per illud
Esaie sexto. volauit ad me vnꝰ de seraphin
Et per illud Luce primo. Missus est angelꝰ
gabriel: et ingressus ad eam. Itē per illud
actuum duodecimo de angelo qui venit ad
petrum: ꝛ ꝙ petrus sequebatur eum. Item
per illud Luce. xxij. apparuit ei āgelus de
celo confortans eum. Item auctoritate bea
ti ambrosij in libro de spiritu sancto dicen
tis. seraphin de loco ad locū transit. Mul
teqꝫ alie auctoritates sacre scripture et sā=
ctorum possunt adduci ad istam ꝯclusionē.
¶ Et ad rationes ante oppositum. Ad pri
mam distinguo maiorem. vel indiuisibile qđ
antiqui opinabantur habere positionem
in continuo: et sic conceditur cum nullum
sit tale. vel indiuisibile quod nō habet po=
sitionem in continuo et sic negatur. ¶ Ad
secundam conceditur maior: ꝛ negatur mi
nor. Unde dicitur ꝙ angelus mouetur a se
ipso sicut etiā facit grauitas separata a
graui: concurrēte tamen deo ad hoc ꝙ mo
ueatur sicut etiam in omni operatione cō
currit. ¶ Ad tertiā distinguitur maior: vel
mobile quod circumscriptiue mouetur et sic
conceditur. vel qđ diffinitiue mouet̄ ꝛ sic ne
gatur. ¶ Ad quartam distinguitur maior.
vel mobile extensum: et sic conceditur. vel
mobile indiuisibile: et sic negatur: et cōce=
ditur minor et negatur consequētia. ¶ Ad
quintam conceditur maior et negatur mi=
nor. Unde dicitur ꝙ angelus mouet in lo
co diuisibili et non in loco indiuisibili: quia
nullus potest esse talis. Et ad probationē
eius distinguitur ꝙ locus sit terminꝰ ita ꝙ
vnus superficies scilicet loci tangat superficiē lo
cati vel locus circūscriptiuꝰ: et sic cōcedit̄.
vel locus diffinitiuus et sic negatur. ¶ Ad
sextam cōceditur maior et negatur minor.
Et ad probationem eius negatur ꝙ diuisi
bile nō resistat indiuisibili. ¶ Ad septimā
dicitur ꝙ beatus augustinus nichil vult p
dictum suum nisi ꝙ angelus non est crea=
tura corporea que circūscribitur loco et hoc
est verum. ¶ Ad octauā cōceditur maior et
negatur minor. Unde dicitur ꝙ angelꝰ nō
mouetur per assumptionē corporis: ita ꝙ
assumptio corporis sit in causa licet aliqñ
assumat corpus: vt hominibus appareat
vt patet genesis. xviij. de tribus angelis q̄
apparuerunt abrahe: ꝛ de angelo sāsonis
iudicum. xiij. et de angelo thobie quinto.
ꝛ de angelo quē zacharias ꝑpheta vidit:
vt patet zacharie secundo: ex multisqꝫ ali
is locis sacre scripture pōt haberi quō sepe
apparuerunt angeli in corporibus assum
ptis. sed ex hoc nullus debet credere ꝙ an=
gelus non potest moueri sine corpore.

Queritur vicesimo sexto: vtrum omē qđ
mouetur moueatur ab alio? Et argui
tur ꝙ non ꝛ hoc sic. angelus mouetur de lo
co ad locū vt dictū ē: et tñ nō mouet̄ ab alio
ergo non omne quod mouet̄ ab alio mouet̄.
minor probat̄. qꝛ si moueret̄ ab alio vel hoc
esset tanqꝫ a principio intrinseco vel extri
seco: sed nullū est dicenduꝫ: ergo non omne
qđ mouet̄ ab alio mouet̄. ¶ Scđo arguitur
voluntas seipsam mouet: ergo non omē qđ
mouet̄ ab alio mouet̄. Añs probatur. quia
si voluntas nō se moueret sequeret̄ ꝙ ipsa
nō esset libera: quod est manifeste falsum.
¶ Tertio arguitur sic. animal mouet̄ a se
vt dicit Aristo. octauo physicoꝝ: ergo nō oē
quod mouetur ab alio mouetur. ¶ In oppo
situm arguitur per dictū Aristote. septimo
physicorum dicētis: ꝙ omne quod mouetur
ab alio mouetur. ¶ Pro solutione questio
nis. Notandum est primo ꝙ duplicia sunt
mouentia. nam quedam sunt essentialiter
subordinata. Et alia sūt accidētaliter sub
ordinata. Unde mouentia essētialiter sub=
ordinata sūt mouentia que naturaliter sic
se habent ꝙ vnū non pōt mouere sine alio
nec econuerso: vt sūt celum et asinꝰ in gene
ratione asini. nā asinus sine ꝯcursu celi nō
pōt generare asinū: nec celū sñ cōcursu asi
ni nō pōt generare asinū: et hoc scđm cōēꝫ
cursū nature. Sed mouētia accñtaliter sub
ordināta sūt mouētia quoꝝ vnū bñ pōt mo=
uere sñ alio: ita ꝙ posteriꝰ pōt agere sñ ꝑ=
ore a quo aliqñ depēdebat: vt sunt asinꝰ et
pr̄ asini. nā lʒ asinꝰ sortis aliqñ depēdet ab

asino qui genuit ipm. tamē asin⁹ genitus
nō requirit ad productionē alterius asini
prem qui eū genuit. Unde nullū agēs crea
tum necessario reqrit aliud agēs creatum
extrinsecū, ad coadiuuandum ipsuz in sua
actiōe. Sed omne agēs creatū necessario
reqrit ipm deū ad opandū. ita q omne ta:
le simplr subordinatur deo i agendo: et nō
ecōuerso. nam nulla creatura pōt exire in
opationē aliquā nisi deus concurrat ad ta
lem operationē vt patet p apostolū pauluz
dicentē actuū. xvij. in ipso enim viuimus et
mouemur z sum⁹: sed in oēm operationem
in quam creatura pōt exire deo cōcurrente
in oēm talē de⁹ se solo pōt. ¶ Scdo notan
dum est q duplicia sunt entia q mouentur
nā qdā sūt corporea: z alia sūt incorporea
Uñ duplicia sūt corporea. nā qdā sūt com:
posita ex materia et forma. Et alia sunt
simplicia siue non cōposita ex materia et
forma Uñ composita ex materia et forma
duplr pñt moueri. vno mō naturalr: alio
mō violēter. Uñ dū cōpositū ex materia et
forma naturalr mouet: mouet a mouente
intrinseco scilicz a forma substantiali eius
vel a qualitate ꝯueniēte forme substātia:
li eius. qualitas disponit materiam vt in
ea permaneat illa forma substātialis eius
Sed si compositū ex materia et forma vio:
lēter moueatur ipm mouetur a principio
extrinseco. Nam violentum vt dicit Aristo.
tertio ethicorū est q ab extrinseco fit pas:
so non conferente vim: ita q illa opatio q
fit violenter: fit contra naturalem inclina
tionē forme substantialis compositi quod
violenter mouetur. Corporea vero que non
sunt composita ex materia et forma scdm
cōmunē cursum nature. mouentur p accñs
vt grauitas in graui existens mouetur per
accidens: scilz ad motū grauis Nam quia
grauitas mouet graue mouetur ad motuz
sui subiecti. scilz ad motum grauis. Sed si
tales forme per potentiā dei separentur a
suis subiectis z conseruarentur mouerent
seipsas ad loca in quib⁹ bene cōseruarent
Sed mobile incorporeum siue indiuisibile
mouetur a seipso vt dictum est i preceden:
ti questione: non secludendo tamē cursum
ipsius dei. ¶ Istis notatis ponuntur con:
clusiones. Quarū prima talis est. Grauia
dum descendunt ad sua loca naturalia nō
mouentur a celo: vt false opinati sunt qui
dam antiquorum. Probatur quia si talia mo
uerentur a celo. sequeretur graue tanto
magis distaret a centro mundi tanto ve
locius moueretur quod est contra manife:
stam experientiam. probatur tamen cōse
quentia: quia tanto agens est magis pro:
pinquum suo motori tanto velocius mo:
uetur sed graue multum elongatum a cen
tro mundi est magis prope celū q̄ sit dum
est prope centrum: ergo velocius deberet
moueri quod est manifeste falsum: ergo
graue dum descendit non mouetur a celo.
Secūdo probatur sic conclusio: quia si gra
ue moueretur a celo sequeretur q hoc es:
set per expulsionem: et leue per impulsio:
nem. sed ista non possent fieri nisi tota in:
ferior plaga mundi moueretur. nam si ce:
lum pellit lapidem qui cadit iuxta terraz
primo pellit ignem: et ignis aerē per tam
magnam distantiā: sed ista sunt absurda
ergo grauia et leuia non mouentur imme:
diate a celo ad sua loca naturalia.
¶ Secunda conclusio. graue vel leue mouet
a seipso dum mouetur ad suum locum natu
ralem: probatur sic ista conclusio: qz gra:
ue vel leue non mouetur a celo: vt probatū
est. nec mouetur a loco ad quem tendit. pro
batur sic. quia si graue vel leue moueretur
a loco ad quem tendit sequeretur q magis
graue non citius descenderet q̄ min⁹ gra
ue quod aperte est falsum. Probatur tamē
consequentia quia minus graue facilius
potest attrahi q̄ magis graue. Secundo
probatur quia dum fit attractio oportet
attrahens simul moueri cum illo quod at:
trahitur: sed terra inferior nullo modo mo
uet dū lapis descendit per aerē vt docet ex
perientia: ergo grauia et leuia mouentur
a seipsis siue a mouente intrinseco.
¶ Tertia conclusio. animalia mouentur a
seipsis: probatur ista cōclusio. quia dū aial
graditur mouetur ab aliquo et non a celo
nam non est danda maior ratio quare mo
ueretur ad vnam partem q̄ ad aliam. nec
quare vno tempore ad illum locum et alio
tempore ad locum oppositum: ergo nulluz
animal immediate mouetur a celo. nec a
virtutibus elementorum per eandem ratio
nem nec ab aliquo alio extrinseco vt puta
a generante. nam aliquando generans
grauis est corpus non graue. vt patet de
lapide qui generatur in nube mediante
exhalatione calida et sicca. Similiter ali:
quando generans animalis est nō aial:
ergo nullum tale mouetur a generante re
stat ergo q animal mouetur a seipso.
¶ Quarta conclusio. nichil idem seipsum
mouet adequate ita q ad motum eius ni:
hil aliud concurrat. probatur sic. qz nulla
operatio vt dictum est potest fieri sine con

cursu prime cause que principaliter concur rit ad talem operationem. ergo nihil idez adequare seipsum mouet: et hoc vult habe re Aristoteles in principio septimi phisicorum dum dicit: q omne quod mouetur ab alio mouetur: ita q ad motum eius re quiritur aliud mouens ab eo. scilicet vel pri mū mouens vel pars mobilis vel aliquod mo uens vt instrumentum vel per se vel p acci dens. ¶ Et ad rationes ante oppositum. ¶ Ad primam conceditur maior et distin guitur minor: vel q non moueatur ab ali quo: ita q nullum agens creatum cōcurrit ad motum eius actiue: et sic conceditur: vel saltem non requiritur vel q nō moueatur ab alio: ita q nullum mouens aliud ab eo concurrat ad eius motum. et sic negatur. nā deus principaliter ad motum eius cōcurrit. ¶ Ad secundam similiter dicitur. ¶ Ad ter ciam conceditur q animal mouetur a se Unde multipliciter aliquid dicitur moue ri a se. Uno modo quia ipsum mouet secun dum se totum: et secundum se totum moue tur dum mouet. et sic grauitas grauis dici tur moueri a se. Secundo modo aliquid dici tur moueri a se quia non indiget aliquo a lio motore nec extrinseco nec intrinseco: et illo modo nihil dicitur moueri a se: cum sim possibile sit aliquid illo modo moueri. Ter cio modo aliquid dicitur moueri a se: quia mouetur a mouente intrinseco. et illo mō grauia dum descendunt mouentur a se. et leuia dum ascendunt. Quarto modo aliqd dicitur moueri a se: quia postq quieuit pōt incipere motum et iterum quiescere nullo motore extrinseco creato concurrente. et sic angelus mouetur a se: et similiter omē ani mal perfectum non impeditum potest a se moueri ¶ Ad terciam dicitur cōsimiliter sci licet q animal mouetur a se quarto modo. cum hoc tamē stat q omne quod mouetur ab alio mouetur vt dictum est.

Queritur vicesimoseptimo. vtrum deus potuit produxisse ab eterno mundū? Et arguitur q sic: et hoc sic. mundus de fa cto est eternus: et est productus a deo: ergo ab eterno deus potuit produxisse mundū maior probatur per Aristotelem in octauo phisicorum ¶ Secundo arguitur sic. si mun dus esset creatus sequeretur q volūtas di uina esset mutata: sed hoc est falsum. pro batur consequentia. quia aliquādo voluit mundum creare: et ante non voluit mūdum creare: ergo voluntas diuina est mutata. ¶ Tercio sic. semper fuit motus: ergo mot9 est eternus: et vlterius motus est eternus ergo mundus est eternus: ergo deus ab e terno potuit produxisse mundum.

¶ Quarto arguitur sic. possibile est q ali qd generetur. et tamē nec ipsum nec aliqd eius incipiat esse: ergo etiam possibile est mundum fuisse ab eterno ita q nunq in ceperit esse. Antecedens probatur de filio dei qui generatur a patre: et tamen filius dei nunq incepit esse: cum sit eternus ergo etiam deus potuit fecisse q mundus nūq habuisset principium sue productionis: sz q eternaliter fuerit. ¶ Quinto arguitur sic. deus continue facit celum et tamen ce lum non incipit de nouo esse. ergo etiam po tuit fecisse q mundus et eternaliter fuerit et q nunq inceperit esse. maior probatur per beatum augustinū octauo super gene sim ad litteram dicentē q aer presente lu mine nō est factus lucidus sed fit lucidus: ergo eodē modo celū presente deo non est nouiter factum sed fit. ¶ Sexto arguitur sic. causa totalis productiua mūdi fuit ab eterno: ergo mundus potuit fuisse produ ctus ab eterno. Antecedens probatur: quia causa totalis mundi est deus: et illa causa fuit ab eterno. ergo mundus potuit fuisse ab eterno. ¶ Septimo arguitur auctori tate beati augustini sexto de trinitate di centis. si ignis esset etern9 splendor ignis esset coeternus: sed illa consequentia non valeret si mūdus non potuit fuisse ab eter no: ergo oportet dicere q mundus potuit fuisse ab eterno. ¶ Octauo arguitur sic. deus potuit voluisse mundū fuisse ab eter no. ergo deus potuit ab eterno fecisse mun dum. consequentia probatur. quia aliter deus non fuisset omnipotens. ¶ In op positum arguitur. Omne eternum necessa rio est: sed mundus non necessario est. nec necessario potest esse: ergo deus nō potuit produxisse mundum ab eterno. ¶ Pro solutione questionis pono vnam conclusio nem quam saluo tamē meliori iudicio opinor esse magis probabilem q sit sua opposita et magis consonare dictis beati augustini et beati ambrosii. Conclusio talis est mun dus nō potuit fuisse productus ab eterno. ista cōclusio probatur sic. si mundus esset p ductus ab eterno vel esset productus ex a liquo vel ex nichilo: sed nullum illorum po test dici. ergo mundus nō potuit fuisse pro ductus ab eterno. minor probatur. Et pri mo q non sit productus ex aliquo q2 tunc illud pcessisset mūdū: ergo mund9 nō fuisset ab eterno. Sed q non ex nichilo. probatur sic q2 bene sequitur: mūdus est pductus ex nihilo: ergo pcessit de non esse ad esse. nam

imaginabile ē ꝙ sit aliqua mutatio nisi sit de termino a quo in terminum ad quē. si sic mūdus est productus ab eterno ex nichilo mundus est et nō erat immediate ante productionē eius: ergo mundus est eternus et non est eternus quod implicat ꝯtradictionem: ergo impossibile est ꝙ mundus fuerat ab eterno. ¶ Secūdo arguitur sic. si mund⁹ est productus ab eterno vel hoc per generationem vel per creationē. si per generationem: ergo subiectum precedebat: ergo mundus non est eternus. si per creationē. ergo terminus a quo illius creationis est nō eēt ita ꝙ immediate añ hoc nō erat sicut requiritur in omni mutatione: ergo impossibile est mundum fuisse ab eterno. ¶ Tertio arguiť sic. impossibile est esse aliquā multitudinez quin de⁹ possit facere maior. ē Sed si mūd⁹ fuisset ab eterno multitudo animarum eēt infinita: ergo deus non potest facere maiorem. hoc aūt est falsum et impossibile: ergo impossibile est mūdum fuisse ab eterno productum. ¶ Quarto arguiť sic si mūdus fuisset ab eterno et naturales generationes hoīm fuissent facte sicut nunc sūt: tūc esset dabilis multitudo hoīm que a nullo hoīe depēdebat: sed hoc est falsum. probatur tñ ꝯña. quia incipiendo ab vltimo vsqꝫ in infinitum illa multitudo hoīm a nullo depēdet. probatur. quia nullus est dabilis hō qui est pater illi⁹ multitudinis. naꝫ si dať tūc dabitur prima vnitas multitudinis infinite: et etiā vltima qđ ē īpossibile. ¶ Quinto arguiť sic. si mundus fuisset product⁹ ab eterno sequereť ꝙ mūdus necessario durasset per infinitū tp̄s: sed hoc est falsū cū deus nullo mō possit necessitari ad cōtinuandam aliquam creaturam: ergo impossibile est mundum fuisse ab eterno. ¶ Sexto arguitur sic. si mūdus potuisset fuisse ab eterno sequeretur ꝙ etiam tempus potuit fuisse ab eterno: sed hoc ē falsum. probatur falsitas consequentis. quia si tempus est eternum a parte āte volo ꝙ etiam eternum sit a parte post. quo posito sequitur ꝙ pars ē maior ꝙ̄ totum cuius est pars. hoc autem est falsum et impossibile. probatur tamen cōsequentia sit totū tp̄s preteritū a vsqꝫ hodie mane: et b. sit totum tempus futurum notum est ꝙ a. et b. sunt equalia. ⁊ sic totū tempus preteritum vsqꝫ ad meridiem illi⁹ diei c. et totum tempus futurum a meridie sit d. quo facto c. et d sunt equalia. et c. est maius ꝙ̄ a. quia per casum a. ē pars de c. ergo etiam d. est maius ꝙ̄ b. per principiuꝫ geometrie quecunqꝫ sunt equalia si vnum excedit aliquod duorum equalium alterum excedit aliud duorum equaliū. et d. ē pars de b. ergo pars est maior suo toto quod est impossibile: ergo impossibile est tempus fuisse ab eterno. ¶ Septimo probatur ista cōclusio auctoritate beati ambrosii in principio exameron dicentis. inconueniens est vt eternitas operis cum dei omnipotentis coniungatur eternitate. ¶ Octauo arguitur auctoritate beati augustini de fide ad petrum dicentis. deus qui sine initio semper est et summus est dedit rebus a se creatis vt non sine causa et sine initio fuerunt. quia nulla creatura eius est nature cuius est deus. ¶ Nono arguitur auctoritate beati augustini in sermone de verbis domini trigesimooctauo. Nam ibi beatus augustinus dat similitudinem aliqualem de eternitate filij dei per creaturas coeuas ⁊ non p aliqua creata coeterna. nam vt dicit coeterna non possunt esse. ex cuius dicto patet manifeste ꝙ creatura non potest esse coeterna et per ꝯsequens non potest esse eterna. ¶ Decimo probatur ista conclusio auctoritate eiusdem contra felicianum diffinientis creaturam sic. creatura est ex eo ꝙ aut adhuc non est aut aliquando non fuit et cetera. ex cuius auctoritate patet quia ad hoc ꝙ aliquid sit creatura requiritur ꝙ est ⁊ aliquando non fuit. ¶ Undecimo probať ista conclusio auctoritate beati iohannis damasceni libro primo. capitulo nono dicentis. creatio est ex dei voluntate opus existens ⁊ non coeternum est cum deo. quia non aptum natum est quod ex non ente ad esse deducitur coeternū esse ei quod sine principio est: ⁊ semper ē. ex qua auctoritate patet manifeste ꝙ de mente eius est ꝙ nulla creatura potest esse eterna. ¶ Et ad rationes ante oppositum. ¶ Ad primam negatur maior. et ad probationem eius negatur auctoritas illa Aristotelis. nam i hoc Aristoteles errauit. ¶ Ad secundam negatur consequentia. et ad probationem diciť ꝙ deus semper voluit mundum creare vt ly semper determinat ly voluit sed non voluit creare semper mundum: nec ex hoc sequitur ꝙ deus creando mundum est mutatus: sed ꝙ mūdus est mutatus. ¶ Ad terciam negatur consequentia de rigore. Nā antecedens de rigore est verum: et consequens falsum. Nam sensus antecedentis est in omni tempore fuit verū dicere ꝙ motus est: et ille sēsus est verus. ¶ Ad quartā distiguiť: vel qñ illud qđ sig̃nať ē de substātia sig̃nantis: et sic ꝯcediť: vel qñ illud qđ sig̃nať

non est de substantia generantis: et sic ne
gatur. ¶Ad quintam distinguitur maior: vel
proprie capiendo facere: et sic negatur. vel
capiēdo facere pro cōseruare: et sic cōcedi-
tur et conceditur minor et negat͛ ꝯña. ¶Ad
sextā ꝯcedit͛ antecedens et negat͛ ꝯña. nā li
cet causa totalis productiua mundi fuerit
ab etno: nō tñ potuit esse causa productiua
ab eterno ita ꝙ potuerit ꝓducere ab eter-
no. ¶Ad septimā dicitur ꝙ ꝯña augustini
erit bona: sed antecedēs est impossibile. nec
ipse curauit. nā sufficiebat ei ꝙ daret exem
plū per aliqua coeua q̄ non possūt esse coet
na sicut ipse dicit in quodā sermone cōtra
rium. ¶Ad octauā de rigore negat͛ antece
dens. nā illa est falsa prout illa determi-
natio ab eterno determinat illud verbum
fuisse: licet sit vera vt determinat illud ver
bū voluit ita ꝙ sic ordinet͛ de⁹ voluit ab et
no mundū fuisse. sed tunc negatur cōsequē-
tia. Et ad probationē eius negatur ꝙ ali
ter deus non fuisset omnipotens.

Queritur vicesimo octauo vtrum proie
ctū dū reflectitur in puncto reflexio-
nis quiescat. Et arguitur primo cōtra sup
positū. Et hoc sic. nullū ꝓiectum mouet͛: er
go nullum proiectum in pūcto reflexionis
quiescit. antecedēs probatur: q: si proiectū
moueretur. vel moueret͛ a motore intrinseco
vel extrinseco. non a motore intrinseco. q:
non a materia nec a forma: cum ille mot⁹
sit violentus. nec ab aliqua qualitate cuꝫ
non videatur a qua: ergo non mouet͛ a mo
tore intrinseco. nec a motore extrīseco quia
nō videtur a quo: ergo non mouet͛. ¶Scdo
arguitur sic cōtra p͛ncipale. si aliquis mit
tat sagittā sursum: et ei obuiet lapis mola
ris: tunc sagitta reflectitur: et tñ nō quie-
scit: ergo nō omne quod reflectit͛ in puncto
reflexionis quiescit. minor probatur. q: si sa
gitta quiesceret molaris etiā quiesceret: qđ
est absurdū. nā sagitta nō potest sustinere
molarem. ¶Tertio arguitur sic. pila pro-
iecta cōtra terrā reflectit͛: et tñ nō quiescit
in puncto reflexionis: ergo non omne quod
reflectitur quiescit. minor ꝓbatur q: si quie
sceret i pūcto reflexionis nō videret͛ a quo
iterū eleuaret͛. ¶Quarto arguitur. si hasta
pendeat in trabe et musca ascendat per eā
et dū musca ascēdit cadat hasta casu posi
to musca mouetur motu reflexiōis et tamē
non quiescit in illo puncto: ergo non omne
quod reflectit͛ i puncto reflexionis quiescit
¶Quinto arguitur sic. si proiectū in pūcto
reflexionis quiesceret sequeret͛ graue natu
raliter quiesceret extra suū locum: sed hoc
est falsuꝫ: ergo non omne qđ reflectitur in
puncto reflexionis quiescit. ¶Sexto argui
tur sic. deus potest mutare aliquid in instā
ti: ergo de⁹ potest mouere aliquid motu re-
flexionis sine quiete media: ergo nō est ne
cesse quod omne quod reflectitur in puncto
reflexionis quiescat. ¶In oppositū ar͛. idē
non mouetur per lineā rectā sursū et deor-
sum sine quiete media: sed reflexum mouet͛
sursum et deorsum successiue: ergo hoc nō fit
sine quiete media. ¶Pro solutione questio-
nis. ¶Notandū est primo ꝙ proiectum est
corpus violenter emissū vel naturaliter mo
tum repercussum ad aliam partem per ali
quid sibi resistens. Unde dicitur violenter
emissum nā dum lapis sursum mittitur vio
lēter emittit͛. Et dicit͛ vel naturaliter motū
repercussū ab alio propter corpus quod re
flectitur in suo motu naturali. vt graue de
scendens aliqñ repercutit͛ i suo motu natu
rali. ¶Scdo notandū est ꝙ duplex imagi-
natur pūctus reflexionis (nō tñ est intelli
gendū ꝙ punctus sit quoddā indiuisibile.
nam reflectens est pars que repercutit al
terū corpus) nā quidā est punctus reflexio
nis naturalis. Uñ punctus reflexionis na
turalis dicit͛ ille punctus ad quē mobile
mouet͛ violenter: et a quo naturaliter refle
ctitur. vt dū graue violēter mouet͛ et ab ali
quo reflectitur corpus ad quod mouet͛: et a
quo reflectit͛ dicit͛ pūctus reflexionis. Sed
punct⁹ violentus reflexionis dicit͛ punct⁹
ad quē mobile naturaliter mouet͛ et a quo
reflectit͛ cōtra naturā eius. vt est corp⁹ qđ
reflectit graue sursū dū graue mouetur de-
orsum. ¶Istis notatis ponuntur conclusio
nes. ¶Quarū prima talis est. proiectū post
recessum a manu proiicientis nō mouetur
ab aere. probatur sic ista cōclusio. q: si pro-
iectū moueret͛ ab aere: sequeretur ꝙ aliqđ
proiectū nunꝗ cessaret a motu: sed hoc est
falsū: ergo. probat͛ ꝯña. q: dum trocus siue
aliquod aliud gyratiue motū ꝓiicitur: mo
uetur: et si moueretur ab aere nunꝗ cessa-
bit moueri: cum habeat mouens naturale
semper sibi coniunctū: ergo semper mouebi
tur. hoc aūt est cōtra experientiā: ergo pro
iectū post recessū a manu proiicientis non
mouetur ab aere. Si vero dicatur ꝙ aer mo
uet illud donec est sufficienter condēsatus
hoc nichil valet. quia in tali motu circula-
ri aer non est magis ꝯdensatus in fine mo
tus ꝗ in principio vt experientia docet: er
go illa ratio nulla est. ¶Secūdo probatur
sic ista cōclusio. nauis existēs in aqua pul
sa a nauta mouet͛ cessante nauta: et tñ tūc
nō mouetur ab aere pellēte. ergo solutio il
la nichil valet. minor probat͛. q: hō existēs i

malo nauis nō pcipit aerē pellentē: sed p=
cipit aerem resistentē: vt experientia docet
ergo non mouetur ab aere pellēte. Tertio
pbat ista conclusio experientia docet q si
quis in fine nauis pulse dimittat paleas
siue proijciat: ille palee non mouebunt cū
naue: sed ad aliā partē oppositā: g signum
est q post recessum a manu proijciētis p=
iectum nō mouet ab aere. Similiter sequi=
tur q si nauis pulsa moueretur ab aere q
palee existentes in naui onerata paleis
flecterētur versus locum ad quē nauis ten
dit & tn experientia docet oppositū: g proie=
ctum post recessum a manu pijcientis non
mouet ab aere ¶ Quarto ar sic. nullū corp⁹
facile diuisibile potest longo tpe sustinere
magnū pondus: sed experientia docet q in
motu circumuolutionis magnum pondus su
stentat in aere: ergo hoc non fit ab aere.
¶ Quinto arguit sic. si proiectū post recessū
a manu moueretur ab aere sequeretur q a=
liquis facilius proijceret vnam fabam ad
locum remotū q vnam sagittā qd est falsū
et contra experientiā. pbatur tn ɔña. qz si
mouetur ab aere aer facilius pōt velociter
mouere paruū pondus q magnum: g lon
gius aer moueret fabā piectam ab arcu q
sagittam. hoc aūt est contra experientiam
ergo proiectum post recessum a manu proi=
jcientis non mouetur ab aere. ¶ Sexto ar
guit sic. sequeret q machina bellica lon=
gius moueret globū factū ex lana q glo=
bum ferreum. hoc aūt est falsum: ergo proie
ctum post recessum a manu pijcientis non
mouetur ab aere. Unde possūt & alie multe
experientie adduci ad pbandā istam cōclusi
onem. ¶ Scda cōclusio. proiectū post reces=
sum a manu pijcientis mouet a qdam qua
litate impssa per impulsū proijcientis. ista
cōclusio pbat sic qz piectum post recessum a
manu pijcientis ab aliquo mouet. et non
a manu pijcientis. Nam si post emissio=
nem sagitte sursū deus annichilaret arcū
et pijcientē in instanti: adhuc sagitta mo
ueret: ergo signū est q non mouet piectum
post recessum a manu pijcientis. Nec mo=
uetur ab aere vt pbat in prima cōclusione
Similit similis dubitatio restaret de aere:
scz quid ipsū mouet: ergo non mouetur ab
aere. relinqtur ergo q mouetur a quadam
qlitate impressa ipsi piecto per impulsum
pijcientis que qlitas pōt appellari impe=
tus. ¶ Sed contra istam conclusionem ar=
guit sic. vel omnes impet⁹ sunt eiusdez spe=
ciei vel non nullū est dicendū: ergo nullus
est impet⁹. ¶ Scdo arguitur sic. si impetus
moueret: sequeretur q velocius moueret
plumā q sagittā quod est falsum. ¶ Ter=
cio ar sic. sequeret q impetus velocius mo=
ueret sursū pondus cētū librar q pondus
decē librarum qd est contra experientiam.
¶ Quarto sequeret q eque velociter moue=
ret corpus qdratum sicut corpus acutum.
¶ Ad istas rationes respondet. Ad pmam
ɔcedit maior & negatur minor. Un dicit q
nō omnes impetus sūt eiusdē speciei. Nā
diuersificant specifice ppter diuersitatem
impmendi. ¶ Ad scdam negatur ɔña. Un
q impet⁹ fortius mouet vnū corpus q ali
ud hoc ex diuersitate materie et figure pue
nit. nā fortior impetus impmit in materia
densa q in materia rara ceteris paribus:
et fortior est impetus corporis rotundi vel
acuti q corporis lati ceteris parib⁹. ¶ Ad
terciā negat ɔsequētia. qz maior grauitas
magis resistit ne generetur impetus mo=
uens sursū q minor grauitas ceteris pari
bus. ¶ Ad quartā negatur ɔña ppter cau
sam dictā. ¶ Ad qntā negat ɔña: qz cā qua
re velocius mouet impet⁹ in medio q i pn=
cipio est. qz in pncipio impetus non est pfe
cte genitus per totū mobile sicut in medio
et causa quare debilius mouet impet⁹ mo
bile in fine motus q in pncipio est. qz im=
pet⁹ post eius cōpletā generationē succes=
siue corrumpit & debilitatur a medio. i ideo
debilius mouet in fine q in principio Nec
est simile de motu naturali. qz quod natu=
raliter mouetur mouetur velocius in fine q
in pncipio. hoc est qz minorem resistentiam
reperit in fine q in medio. Nā dum lapis
descēdit a loco valde excelso dū venit ppe
terrā minorē resistentiā reperit eo q aer in
ter ipsum & terram non est tam magnus si
cut est a principio motus vsqz ad terram &
cum hoc pōt dici q mot⁹ velocitatur ab im
petu causato a mobili frangendo medium
¶ Tercia cōclusio mobile qd ad suum locū
naturalē mouet si reflectit in puncto refle
xionis quiescit. pbat ista cōclusio: qz illud qd
venit ad suū locū naturalē si nō sit impe=
dimētū quiescit: sed sic est de mobili quod sic
mouet: g dū venit ad pūctū reflexionis qe=
scit. ¶ Quarta ɔclo mobile violent motum
in puncto reflexiōis quiescit si nō impediat
pbat ista cōclusio: qz experientia docet q sa
gitta directe sursū emissa quiescit anteqz ter=
ram deorsū vertat. Silr pila proiecta con=
tra parietē quiescit anteqz reflectat: g ɔclo
vera. Et si dicat g graue naturaliter quiescit
extra suū locū. Ad hoc rndetur negando
ɔñam. imo sagitta violenter quiescit per par
tū tps donec graue ichoat motū deorsum
vt experientia docet de sagitta ¶ Et ad ra

tiones añ oppositū. Ad p̄mā negatur añs.
et ad pbationē ei⁹ ↄceditur maior ꝛ negat
minor. Uñ dr ꝙ post recessum a manu mo=
uetur a q̄dā qualitate q̄ dicitur ipetus. ¶ Ad
scḋam ↄceditur totū argumētū. q2 illa mo=
bilia se ipediūt ne desceat. et si dicatur ergo
ali qd recedit a loco in quo nunq̄ fuit. Ad
hoc dicitur distinguēdo. vel ꝙ recedat a lo
co in q̄ nunq̄ fuit in actu: ꝛ sic ↄceditur: vl'
a loco in quo nunq̄ fuit in potentia ꝛ sic
negatur. nā si nō fuisset impedimētū pote=
rat ibi descere: sicut mobile dū mouetur rece
dit a loco sibi eq̄li in potētia: q2 si desceret
in medio in quo mouet aliquis locus fuisset
sibi eq̄lis. ¶ Ad tercia ↄceditur maior ꝛ ne
gatur minor. Et ad pbationē ei⁹ dr ꝙ mo=
uetur ab impetu causato. ¶ Ad quartā ad=
misso casu dr ꝙ musca mouetur ꝛ reflectitur
per accñs. ¶ Ad q̄ntā negatur ↄña. immo
sicut dictū est descit ibi violenter q2 motus
sursū est ei violentus: ꝛ q̄es ↄsecutiue est ei
violenta. ¶ Ad sextā ↄceditur totū argumē
tū q2 dictū est dum aliquid non impediat
Queritur vicesimonono. utrum celum
habet materiam tanq̄ ptem essentia
lem. Et arguitur ꝙ nō ꝛ hoc sic. si celū ha=
beret materiā vel illa materia esset eiusdez
rationis cū materia istorū inferiorū vel nō
sed nullum est dicendū: ergo celum non ha
bet materiā. ¶ Secundo arguitur sic. omne
habens materiā est corruptibile: sed ce
lum nō est corruptibile: ergo celū non ha
bet materiā. ¶ Tercio arguitur sic. si celuz
haberet materiam sequeretur ꝙ ex mate=
ria eius posset aliquid fieri: sed hoc non po=
test: ergo celum non habet materiam. ma=
ior pbatur per diffinitionem materie quaz
dat Aristo. p̄mo phisicorum dicēs. materia
est subiectum ex quo fit aliquid. ¶ Quarto
sic. si celum haberet materiam tanq̄ ptem
essentialem: sequeretur ꝙ etiā haberet for=
mam substantialem: sed hoc est falsū. pro=
batur falsitas consequētis. q2 nulla forma
ꝑpetuo informat materiaz in qua est: et tñ
ita esset si celū haberet materiam: ergo ce=
lum non habet formā substantialē: et per
ↄsequens non habet materiam. ¶ Quinto
sic. celum nō agit et patit cū igne sibi pri=
mo. ergo celū nō habet materiam. ↄña te=
net. q2 illa q̄ cōicant in materia agunt et
patiuntur ad seinuicē: ergo celū nō habet
materiam. ¶ Sexto arguitur sic. si celuz ha
beret materiā sequitur ꝙ celū est in potētia
ad corruptionē: ꝛ tñ nō pōt corrūpi. ergo ce=
lum est in potentia ad aliqd qđ nō pōt ei
inesse qđ est impossibile. ¶ Septimo sic. si
celum haberet materiam sequeret ꝙ posset
in se recipere q̄litates actiuas et passiuas
sed hoc est falsum ergo celū non habet mate=
riam. ¶ Octauo sic. omne habēs materiaz
pōt augeri vel diminui: sed celum non po=
test augmētari vel diminui: ergo celum nō ha
bet materiam. ¶ In oppositū arguit omne
ens diuisibile existens in actu cōpleto ha=
bet materiam tanq̄ ptem essentialē. Sed
celū est ens diuisibile in actu completo exi
stens: ergo celū habet materiam. minor pbat.
q2 celum nō natū est esse ps materialis et
essētialis alicui⁹ rei: nec est natū informa
re materiam: ergo est ens diuisibile exñs
in actu cōpleto: ergo celū habet materiā.
¶ Pro solutione questiōis notandum est ꝙ
aliquid dicit materiale dupl'r. Uno modo
quia est extensū. et illo modo non est dubi=
um quin celum habeat materiam. nā sēsu
patet ꝙ celum est extensum. Alio modo ali
quid dicit materiale eo ꝙ habet materiaz
tanq̄ partem essentialem eius que mate=
ria est informata forma substantiali et in
illo sensu tractatur questio. ¶ Isto notato
pono cōclusionē quam credo esse veram et
suā oppositam falsam et erroneam. Cōclu
sio talis est. celum habet materiam tanq̄
partem essētialem. probat ista cōclusio sic.
vel celū est materia pura: vel forma substā
tialis: vel forma accidentalis: vel totum
compositum. Non est dicendū ꝙ est mate=
ria pura: q2 naturalit nulla materia est si
ne forma. Nec est dicendum ꝙ est forma
substantialis pura: q2 sicut materia natu=
raliter non potest esse sine forma: ita for=
ma materialis et extensa non potest esse si
ne materia naturalit: ergo celū non est forma
substantialis pura. Nec est forma acciden
talis vt notū est: ergo est totū compositum
ergo celū habet materiam. ¶ Scḋo pbatur
sic ista cōclusio auctoritate beati augustini
et aliorum sanctorum super illud genesis
p̄mo. In pncipio creauit deus celū ꝛ terrā
vbi dicit ꝙ p̄mo creata est creatura spiritu
alis et materia informis oīm corporalium.
et similit alij sancti doctores dicunt deum
p̄mo creasse angelos ꝛ materiā oīm corpo=
raliū. ¶ Tercio arguitur sic. si celū negatur
habere materiā hoc est ppter eius corrupti
onem: sed eque bene in ordine ad deum ce=
lum est corruptibile si non habet materiā
sicut si habet: ergo propter hoc non est ne
gandum celum habere materiam.
¶ Secunda conclusio. celum habet materi
am eiusdem speciei cum materia elemētorū
pbatur ista cōclusio sic. nā sicut dicunt san
cti sup illud genesis p̄mo. in pncipio crea=
uit deus celum et terrā. p terrā materiam

sic per Aristo. dicentē ꝙ simile nō agit in
sibi sil'e. Sed ꝙ simile agat in sibi sil'e: pro-
batur sic. qꝛ ignis agit in aquā calidam. q̄
est sibi sil'is cū sit habēs similē qualitatem
ergo simile agit in sibi sil'e. ¶ Secundo arᷣ
sic. simile confortat suum sil'e. ergo simile agit
in sibi sil'e Añcedens probatur: qꝛ cōfortare
est agere. ¶ Tercio arᷣ sic. idem mouet seip
sum. ergo simile agit in sibi sil'e. Añs proba
tur quia aīa mouendo corpus mouet seip-
sam. sil'r nauta mouendo nauem mouet se
ipm. ¶ Quarto arguitur sic. aer congelan
do aquā in hyeme reducit aquam ad maio
rem frigiditatē q̄ sit eius frigiditas. ergo ali
quādo dum frigiditas intēditur est in eq̄li
gradu frigiditatis cū aere: ⁊ tñ aer magis
intendit frigiditatē: ergo simile agit in sibi si
mile. ¶ Quinto arᷣ sic. minus potest agere
in mai⁹: ergo sil'e pōt agere in sibi sil'e. Añce-
dēs probatᷣ: qꝛ in rei actiōe minus reagit
in maius. ¶ Sexto arguitᷣ sic. caliditas se
ipsā intēdit. vt resistat suo contrario. vt pʒ

dū est antiperistasis: ergo idē agit in seipsum
ergo sil'e pōt agere in sibi sil'e. ¶ Septimo
arᷣ sic: paru⁹ ignis extinguit magnū ignē.
vt experientia docet si quis paleas accen-
sas mittat in ignē existētē in furno: ergo si
mile agit in sibi sil'e. ¶ Octauo arᷣ sic. pas-
sum debet esse tale in potentia quale est a-
gens i actu. ergo simile agit in sibi simile.
¶ Nono arᷣ sic. si simile non agit in sibi sil'e
⁊ agit. ergo agit i sibi dissimile. ergo magnes
citius deberet attrahere lignum ad se q̄
ferrū. tenet cōsequētia qꝛ lignū est magis
dissimile magneti q̄ ferrum. ¶ Decimo arᷣ.
sic. lumē vnius candele incendit lumē alte
rius cādele: ergo sil'e agit in sibi sil'e ¶ Vn
decimo arᷣ sic. dum agēs materiale agit in
passum materiale primo assimilat partē
propinquiorē ⁊ post agit in alias. ⁊ nō po
test agere in alias nisi prius agat in illā q̄
ē sibi similis: ergo simile agit in sibi simile
¶ Duodecimo arᷣ sic. si agēs naturale non
agit in sibi simile: nec in dissimile. ergo nul
lo mō agit. Añs ꝓbatur. quo ad scđam ꝑ-
tē: qꝛ si ageret vel illa actio fieret per cōta-
ctū vel sine cōtactu: sʒ nullū est dicendum
ergo agēs naturale nō agit in sibi dissimile.
ꝙ autē non agat ꝑ contactū. ꝓbatur sic. qꝛ
deus ⁊ alij spūs agūt: ⁊ tñ non agūt ꝑ cō-
tactū. Sil'r celū agit in ista inferiora: ⁊ tñ
nō tangit ea: ergo non oē agens agit ꝑ con
tactū. ¶ In oppositū arᷣ. ignis aquā alte-
rat vt experiētia docet. ergo agēs natura
le agit in passum. ¶ Pro solutiōe questio-
nis notandū est primo ꝙ duplex est actio.
Nā quedā est actio agentiū spiritualiū et
de illa non est hic ad propositum. Alia est
actio agentiū corporaliū et adhuc duplex
est talis actio. Nā quedam est que fit nō ꝑ
qualitates ꝓmas actiuas ⁊ passiuas. ⁊ de
illa nō est hic ad propositū. Alia est q̄ fit
i ter qualitates ꝓmas actiuas ⁊ passiuas
et de illa est hic ad propositū Vñ ad hoc ꝙ
agēs agat in passum: vt dicit Aristoteles
primo de generatione. alique conditiōes
requirūtur. Prima est ꝙ passum debet⁹ esse
tale in potentia quale est agens in actu. q̄
conditio sic intelligitᷣ ꝙ passum possit susci
pere similē qualitatē qualitati quā habet
agēs vt dū ignis agit in aquā aqua est ta
lis in potentia qualis est ignis i actu Nā
aqua pōt esse calida sicut ignis est i actu
calidus licet diuersimode. Secunda con
ditio est ꝙ passū patiatur secūdū q̄libʒ
partē eius quātitatiuā si sit intra spherā
actiuitatis agentis vnde sphera agentis
imaginanda est illo modo ꝙ agens diffū
dit suam virtutē orbiculariter vsq; ad cer

tam distantiam si non sit impedimentum
Et si possibile sit extra illum orbem nō pa
tietur: sed ad hoc ꝙ patiatur requiritur ꝙ
sit intra illum orbem. Et ad hoc ꝙ patia-
tur secundum quamlibet partem cuius re-
quiritur ꝙ secundum quamlibet sit intra
illum orbem. Tertia conditio est ꝙ illud
magis patitur quod magis dispositum est
et illud minus quod est minus dispositum.
vt lignum siccum magis patitur ab igne
in equali tempore ꝗ lignū viride. Quarta
conditio est ꝙ totaliter simile nō patitur
a totaliter simili. nā sicut dictū est passum
debet esse simile in potētia. Quinta condi
tio est ꝙ ad hoc ꝙ vnum corpus agat in al
terum requiritur ꝙ tāgat ipsū mediate vl
immediate. Unde triplex est tactus: scilicet
tactus mathematicus: phisicus: et meta-
phoricus. Unde ad hoc ꝙ sit tactus ma-
thematicus requiruntur tres conditiones
Prima est ꝙ vtrūq3 tangentiū habeat ma
gnitudinē. defectu cuius angelus nihil tā
git tactu mathematico. Scd̄a conditio est
ꝙ tāgentia habeāt sitū extra se inuicē. de-
fectu cuius accidens non tangit suū subie
ctū: nec forma materiam Tertia conditio
est ꝙ eorum vltima sint simul ita ꝙ inter ipsa
nullū sit mediū nec possit esse sine eorū elon
gatione. Sed ad tactū phisicum tres cōdi
tiones requirūtur. Prima est ꝙ vtrūq3 tan-
gentiū habeat positionem extra alterum.
defectu cuius ullo mō deus nihil tāgit. Se
cūda cōditio est ꝙ vltima eorū que se tāgūt
sint simul. Tertia cōditio est ꝙ illa q̄ se tā
gunt sint actiua ⁊ passiua adinuicem. Sed
ad hoc ꝙ sit tactus metha phoricus sufficit
ꝙ virtus agentis possit in passum. ¶ Se
cundo notādum est ꝙ pro actione ⁊ passio
ne ponūtur tres regule. quarum prima ta
lis est ꝙ a proportione equalitatis nunꝗ fit
actio. vt si virtus actiua sit solū vt decem et
virtus resistiua sit etiā vt decē non erit actio
Secunda regula talis est a proportione
minoris inequalitatis nunꝗ fit actio. vt si
virtus actiua sit solum vt decem et virtus
resistiua vt duodecim. nunꝗ erit actio.
Tertia regula talis est a proportione ma
ioris inequalitatis semper fit actio. vt si
virtus actiua sit vt decem et virtus resisti-
ua solum vt sex fit actio. Nam semper
virtus actiua agentis debet excedere vir-
tutem resistiuam passi: ⁊ hoc diuersimode.
nam tanto virtus actiua agentis est magis
vnita tanto fortius agit. Nam licet ignis
sit magis calidus ꝗ ferrum: tamen ferrum
fortius calefacit vt experiētia docet. ⁊ hoc
est quia propter densitatem materie calor
est magis vniens. Etiam est imaginandum
ꝙ agens fortius agit per lineam rectam
ꝗ per lineam obliquam: et fortius per li-
neam breuem ꝗ per lineam longam vt ex
perientia docet. ¶ Tertio notandum est
ꝙ qualitates prime sunt illius nature ꝙ
tanto vna est maioris actiuitatis tanto ē
minoris resistentie: et econuerso. Unde
inter omnes qualitates primas caliditas
est maioris actiuitatis et minoris resisten
tie. et deinde frigiditas. et deinde humi-
ditas: et minoris actiuitatis inter omnes
est siccitas. Sed quo ad resistentiam maxi
me resistentie est siccitas. deinde humidi-
tas. deinde frigiditas: et minoris resisten-
tie inter omnes est caliditas. Et hoc est
causa quare fit reactio. nam dum calidi-
tas agit in frigiditatem aliquādo frigidi
tas reagit. vnde ad hoc ꝙ sit reactio tres
conditiones requiruntur. Prima est ꝙ vir
tus actiua passi excedat resistentiam agen
tis. Secunda est ꝙ resistentia agentis nul
lo extrinseco iuuetur. Tertia conditio est
ꝙ agens sit intra spheram actiuitatis pas
si. Et per oppositum tribus modis contin
git ꝙ non est reactio. Primo modo quan-
do resistentia agentis est maior ꝗ sit vir-
tus actiua passi. Secundo modo non fit re
actio quando agēs non est intra spheram
actiuitatis passi. Tercio modo cōtingit
ꝙ non est reactio quando virtus resistiua
agentis iuuatur ab extrinseco. ¶ Conclu
sio responsiua agens naturale agit in pas
sum dictis conditionibus obseruatis pa-
tet ex dictis. ¶ Et ad rationes ante oppo
situm. ¶ Ad primam dicitur ꝙ agit in pas
sū dissimile in actu. Et quādo arguitur sic.
ignis agit in aquā calidam conceditur an
tecedens ⁊ negatur consequentia. qr aqua
calida non est omnino ei similis. ¶ Ad secū
dam conceditur antecedens et negatur cō
sequentia. quia licet agat in ipsum non ta
men agit ipsum intendendo vel corrumpē
do ⁊ hoc si sit omnino simile. ¶ Ad ter
tiam conceditur antecedens ⁊ negatur cō
sequentia: quia ibi est sermo de actione q̄-
litatum primarum. ¶ Ad quartam ne
gatur antecedens quia congelatio non fit
ab aere nec a frigiditate. sed a speciali in-
fluentia celi. ¶ Ad quintam negatur ance
dens ⁊ hoc loquendo de minoritate virtu-
tis et graduali. ¶ Ad sextam conceditur
antecedens ⁊ negatur consequentia. quia
idem non est simile sibi ipsi. Unde duplex
est actio scilicet actio recta: ⁊ actio reflexa
Unde actio recta fit quando agens agit
in aliquid quod est extra se. vt dum ignis

calefacit aquam. Sed actio reflexa fit quā
do idem agit in seipsum: ita ꝙ sua actio nō
transit extra se: vt fit dum voluntas seipsā
intelligit. ¶ Ad septimam distinguitur. vel
per se et sic negatur: vel per accidens et sic
conceditur. Unde ꝙ paruus ignis ī furno
extinguat maiorem hoc est propter fumū
¶ Ad octauam conceditur antecedens: et
negatur consequentia. quia passum nō est
actu omnino simile. ¶ Ad nonam dicitur ꝙ
agit in sibi dissimile. et cum infertur ergo
magnes citius deberet attrahere lignū ꝗ
ferrum ad se: negatur consequētia quia li=
gnum nō est passibile a virtute magnetis
sicut ferrum. ¶ Ad decimam negatur an=
tecedens. et hoc quia causantur a diuersis
causis. nam vt dicitur communiter ille cā=
dele faciunt duas vmbras quod tamen nō
facerent si se intenderent. ¶ Ad vndecimā
conceditur antecedens et negatur cōsequē
tia: quia mediante illa agit ī alias. ¶ Ad
duodecimam negatur antecedēs. quia di=
ctum est ꝙ agit in sibi dissimile. et ad pro=
bationem conceditur maior et negatur mi
nor. Unde dicitur ꝙ actio primarum qua
litatum fit per contactum phisicum.

Queritur trigesimosexto: vtrum mix=
tum generetur ex actione miscibiliū?
Et arguitur primo ꝙ non. et hoc sic. mixtio
non est possibilis: ergo mixtum non gene=
ratur ex mixtione miscibilium. Antecedēs
probatur. quia vel mixtio fieret per segre=
gationem partium vel non. Non est dicen
dum primum quia tunc nō quelibet pars
integralis mixti esset mixta. et sic nichil es=
set mixtum: ergo non fit per segregationē.
Nec est dicēdum secundum. quia tunc mix
tio fieret per penetrationem. et sic duo cor
pora se haberent penetratiue. quod est im
possibile. ergo mixtio non est possibilis.
¶ Secundo sic. vel dum fit mixtio ambo mi
scibilia manent in mixto vel vnum corrum
pitur et alterum manet. sed nullum est di=
cendum: ergo mixtio non est possibilis. mi
nor probatur. et primo ꝙ ambo miscibilia
non maneāt. quia tunc non esset mixtio:
cum miscibilia non se haberent aliter quā
prius. Nec secundum propter eandem ra=
tionem. Nec tertium. quia tunc non esset
vnio miscibilium: ergo mixtio non est possi
bilis. ¶ Tertio arguitur sic. nulla
pars vnius miscibilis habet aliquid de par
te alterius miscibilis: ergo non miscetur ei
probatur antecedens. quia diuerse par=
tes miscibilium diuersorum sunt ī diuersis si
tibus: ergo non miscētur. ¶ Quarto argui=
tur sic. vel miscibilia miscentur vel sūt ade
quata in virtutibus vel non. Si dicatur ꝙ
sunt adequata in virtutibus: ergo vnū nō
corrumpet alterum: ergo non erit mixtio.
Si dicatur ꝙ non sunt adequata: ergo for=
tius conuertet alterum in suam substanti
am: ergo erit pura generatio et non mix=
tio. ¶ Quinto arguitur sic. si mixtio esset vel
esset naturalis vel violenta: sed nullum est
dicendum: ergo mixtio nō est possibilis pro
batur minor et primo ꝙ non sit naturalis
quia in mixtione oportet elementa congre
gari: et hoc non fit naturaliter: ergo nō est
naturalis. sed ꝙ nō sit violenta probatur
sic. quia mixtio est mutatio naturalis.
¶ Sexto arguitur sic. nulla entia sunt mi=
scibilia: ergo mixtio non est possibilis. an
tecedens probatur. q2 vel miscibilia essēt
similia vel dissimilia. non similia. quia silia
non sūt actiua et passiua. nec dissimilia. q2
contraria non possunt simul esse. ergo dissi
milia non sunt miscibilia. ¶ Septimo ar
guitur sic. si mixtio esset possibilis sequere=
tur ꝙ forme elementorum manerēt in mix
to quod est falsum. probatur consequentia
per Aristotelem dicentem. nō corrumpitur
alterum in alterum: sed saluatur virtus eo=
rum. ¶ Octauo arguitur sic. ex elementis
mixtum fit: et hoc non est possibile nisi for=
me substantiales elementorum manerent
in mixto: ergo forme elementorum manēt
in mixto. ¶ Nono arguitur sic. si
forme elementorum non manerent in mix
to sequeretur ꝙ mixtum esset eque sim=
plex sicut elementum hoc autem est falsum
ergo ipse manēt in mixto. ¶ Decimo argui
tur sic. Aristoteles dicit quinto methaphi
sice ꝙ elementum est ex quo aliquid fit: er=
go elementa manent in mixto. ¶ Undeci
mo arguitur sic: proprie qualitates elemē=
torum manent ī mixto: ergo et forme substā
tiales ipsorum. cōsequentia tenet. quia pro
prie passiones non separantur a suis sub
iectis. ¶ Duodecimo arguitur sic. semper vnū
elementum dominatur in mixto vt patet
per Aristotelem in primo de celo. et hoc nō
esset nisi forma substantialis illius elemē
ti maneret in mixto. ergo elementa manēt
in mixto. ¶ Decimotertio arguitur sic. vna
gutta aque non miscetur cum centum am=
phoris vini vt dicit Aristoteles primo de ge
neratione eo ꝙ cito corrūpitur: ergo signū est
ꝙ elemēta manēt ī mixto. ¶ Decimoquar
to arguitur sic. mixtū cōponitur ex quatuor
elementis vt dicit Aristoteles secūdo de
generatione et ī predicamento ad aliquid
de animali: et hoc nō esset si elementa non

manerent in mixto. ergo manent in mix-
to. ¶ Decimoquito arguitur sic. vnum mix-
tum conuertitur in elementa vt patet de li-
gno quod comburitur. Nam aliquid eius cō-
uertitur in aquam: et aliquid in ignem: et
aliquid in terrestreitatem: vt puta in cine-
res. et hoc non fieret si in eo nō essent plu-
ra elementa: ergo in mixto manent elemē-
ta. ¶ Decimosexto arguitur sic si elementa
non manerēt in mixto sequeretur ꝙ ex vno
elemento posset generari mixtum. hoc au-
tem est falsum. probatur fasitas consequē-
tis. quia tunc alia elementa superfluerēt:
quod est falsum: ergo elementa manent in
mixto. ¶ In oppositum arguitur. mixtū, ex
eo dicitur mixtum quia ex mixtione miscibi-
lium generatur: ergo mixtum ex miscibili-
bus generatur. ¶ Pro solutione questionis
notandum est ꝙ dupliciter capitur mixtio
¶ Primo large: scilicet pro aggregatione
miscibilium adinuicem siue illa miscibilia
agant adinuicem siue non. et illo modo ca-
pitur dum dicitur ꝙ triticum ⁊ ordeum mi-
scentur adinuicem. et illo modo nō capitur
in proposito. ¶ Secūdo capitur mixtio pro-
prijssime: et sic mixtio ē generatio mixti fa-
cta ex vnione miscibilium alteratorū. et il-
lo modo capitur hic ī proposito. Unde om-
nis mixtio est generatio: sed nō omnis ge-
neratio est mixtio. quia generatio vni⁹ ele-
menti ex alio est generatio: sed non est mix-
tio cum in illa generatione non concurrāt
quattuor elementa. ¶ Secūdo notandum
est ꝙ mixtio fit isto modo. Nam primo con-
gregātur elementa adinuicem formaliter
vel equiualenter. Unde dicitur equiualēter
quia non semper oportet ꝙ ipsa elementa
congregentur: sed sufficit ꝙ congregentur
aliqua que habent similes qualitates qua-
litatibus elementorum: et postꝙ illa sunt
congregata āgens transmutat illa elemē-
ta taliter ꝙ mediantibus qualitatib⁹ vni-
us destruit qualitates alterius et econuer-
so. Ad quam destructionē sequitur destru-
ctio formarum substantialium ipsorum ele-
mentorum. et agēs introducit qualitates
secundas que disponūt ad introductionē
forme substantialis mixti que per agēs in-
troducitur in materia cōtinuata ex mate-
rijs elemētorum. exemplum: vt dum ex ter-
ra et pluuia generatur herba/ terra ⁊ plu-
uia miscentur. et cum hoc hic est aliquid de
calido. et sic humidum siccum calidū et fri-
gidum agunt et patiūtur taliter ꝙ ab agē-
te quodlibet illorum corrumpitur: ⁊ in ma-
teria eorum generatur forma substātialis
mixti mediātibus qualitatibus dispositio-

nibus forme substantialis mixti causatis
ex actione qualitatum primarum. ¶ Istis
notatis sit prima conclusio. Mixtum gene-
ratur ab agente mediante actione miscibi-
lium adinuicem. ista conclusio patet ex di-
ctis. ¶ Secunda conclusio forme substātia-
les elementorum non manēt in mixto. pro-
batur ista conclusio sic. si forme substantia-
les elementorum manerent in mixto seque-
retur ꝙ mixtum non magis esset vnum ens
ꝙ aceruus lapidum. hoc autem est falsum.
probatur consequentia. quia ibi esset con-
gregatio plurium rerum quarum vna non
informaret aliam: nec se haberent vt act⁹
et potentia: ergo non magis mixtum esset
vnum ens ꝙ aceruus lapidum: quod ē ma-
nifeste falsū. ¶ Secundo arguitur sic. si for-
me substantiales elementorum sunt ī mix-
to: vel quattuor elementa sunt in qualibet
parte mixti. vel vna forma vnius elementi
est in vna parte mixti et alia est in alia.
Si quattuor elementa sunt in eadem par-
te mixti adequate: ergo quattuor corpora
de genere substantie sunt ī eodem natura-
liter precise et adequate: quod naturaliter
est impossibile. Si dicat ꝙ quattuor forme
substantiales elementorum sunt simul in
eadem materia mixti adequate: ergo eadē
materia informatur simul formis incōpos-
sibilibus: quod naturaliter est impossibile.
Si dicatur ꝙ ille forme sūt in diuersis par-
tibus mixti: ergo sequitur ꝙ nō quelibet ps
mixti est mixta. ⁊ sic ī mixto nichil erit mix-
tum: cum in nulla parte sint quattuor ele-
menta. ¶ Tertio arguitur sic. vel ī mixtiōe
generatur aliqua forma substantialis vel
nulla. Si nulla/ ergo nō est aliquod mixtū
cum aggregatum ex elementis nō sit mix-
tum. Si generatur aliqua forma substātia-
lis. Arguitur sic. vel illa informat eandem
materiam quam informant forme elemen-
torum vel non. Si dicatur ꝙ informat ean-
dem materiam ita ꝙ ī eadem materia pre-
cise et adequate ē forma substātialis ignis
⁊ forma aque et forma substātialis aeris
et forma substantialis terre et cum hoc for-
ma substātialis mixti que est genita de no-
uo. ¶ Contra hoc arguitur sic. bene sequi-
tur. forme substantiales elementorum ma-
nent in eadem materia in mixtione: ergo
alique illarū migrant naturaliter de mate-
ria ī materiā. quod naturaliter est impossi-
bile. Si dicat ꝙ vna manet ī sua portiōe
materie et alia ī alia: ꝗ sicut dictū est nul-
la ps mixti erit mixta. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ
nullū mixtū posset diuidi in duas partes
eiusdē rōnis quod est falsū. ¶ Tertio sequit̄

si vna forma substantialis est in vna portione materie et alia in alia quod mixtio non est nisi elementorum iuxta positio quod est absurdum. Si dicatur quod ille materie sunt in eodem situ: ergo sequitur quod ibi est penetratio dimensionum corporum de predicamento substantie quod naturaliter est impossibile. Quarto arguitur sic. et suppono quod forma substantialis ignis non potest conseruari in materia sine siccitate et sine maiori caliditate quam habeat aer. hoc supposito arguitur sic. forma substantialis ignis est in mixto: ergo in illo sunt siccitas et caliditas: et bene sequitur forma substantialis aeris est in mixto ergo in eo sunt caliditas et humiditas. nam aer non potest naturaliter esse sine humiditate et sic de alijs elementis: ergo qualitates contrarie sunt in eodem subiecto: ita quod humiditas aeris quae est intensa. et siccitas ignis sunt in eodem subiecto. Nam forma substantialis aeris requirit humiditatem intensam et est in mixto: et siccitas ignis quae est intensa: quia ignis non compatitur humiditate et est etiam in mixto: ergo qualitates contrarie sunt in eodem subiecto quod naturaliter est impossibile. Unde licet ista conclusio possit per multas alias rationes probari tamen iste que sunt euidentes pro nunc sufficiunt. Et ad rationes ante oppositum. Ad primam negatur antecedens. Et ad probationem dicitur quod mixtio fit per aggregationem miscibilium: et per corruptionem formarum substantialium eorum et per generationem forme substantialis mixti. Ad secundam conceditur maior et negatur minor. Unde dicitur quod miscibilia miscentur per diuisionem nam diuiduntur in duas partes et agunt et patiuntur et tandem corrumpuntur et introducitur forma mixti. Ad terciam conceditur antecedens et negatur consequentia. quia propter causam dictam dicuntur misceri. Ad quartam dicitur quod sunt aliqua taliter adequata ita quod unum non potest transmutare alterum in sui naturam: sed agens vtrumque corrumpit. Ad quintam dicitur quod mixtio ex parte agentis et materie est naturalis: sed ex parte elementorum que corrumpuntur est violenta. Ad sextam negatur antecedens. et ad probationem dicitur quod dissimilia sunt miscibilia et non similia. Et conceditur quod contraria non possunt esse simul. et negatur consequentia. Ad septimam negatur consequentia. et ad probationem quia nichil aliud vult habere nisi quod unum elementum non transmutat alterum in sui naturam: et hoc est verum: sed saluatur virtus eorum. nam in mixto genito per corruptionem illorum manet aliqua qualitas que virtualiter est similis alicui qualitati elementorum. Ad octauam distinguitur maior: vel si illa propositio ex dicat circumstantiam cause materialis et sic negatur vel si dicat circumstantiam ordinis et sic conceditur. Ad nonam distinguitur consequens vel quo ad suam substantiam et sic conceditur: vel quo ad suas qualitates et sic negatur. Unde mixtum non dicitur mixtum eo quod habet partes formas substantiales quam elementa. Nam sicut elementum componitur ex materia et ex vna sola forma substantiali. ita mixtum vtputa planta vel aurum componitur ex materia et solum vna forma substantiali. Sed dicitur mixtum propter suam generationem et propter diuersas qualitates quas potest in se habere sicut elementum dicitur simplex ex eo quod se terminat ad certas qualitates primas. Ad decimam conceditur quod ipse dicit. et negatur consequentia. quia ipse capit elementum pro materia. vel dicitur quod li ex dicit ordinem. Ad vndecimam conceditur antecedens saltem aliquae et negatur consequentia. et ad probationem distinguitur antecedens vel passiones que sunt qualitates et sic negatur vel passiones conuertibiles et prout passio est minus scibilis intrinsicis et sic conceditur. Ad duodecimam distinguitur antecedens. vel quo ad suam substantiam et sic negatur. vel ad aliquam qualitatem et sic conceditur. Ad decimamterciam conceditur antecedens et negatur consequentia. Ad decimamquartam negatur antecedens et ad Aristo. dicitur quod ipse capit illam propositionem vt li ex dicit ordinem. Ad decimamquintam conceditur antecedens et negatur consequentia: quia non conuertitur in elementa. eo quod mixtum habeat formas substantiales elementorum. immo si ita esset non conuerteretur: sed ex eo quia per agens introducuntur qualitatiue dispositiones disponentes ad formam illius elementi. Ad decimamsextam negatur consequentia: quia ipsa requiruntur vt mixta reducant se ad quoddam temperamentum: quo facto generatur ab agente forma mixti.

Queritur trigesimoseptimo. vtrum numerus elementorum concludatur ex numero qualitatum primarum actiuarum et passiuarum. Et arguitur quod non et hoc sic. numerus elementorum sumitur penes qualitates motiuas: ergo non penes qualitates primas. Secundo sic sequeretur quod cuilibet elementorum conueniret primo vna qualitatum primarum ita quod ignis esset primo calidus aer primo humidus/aqua primo frigida: et terra primo sicca: sed hoc est falsum probatur falsitas consequentis: quia ignis tantum est siccus quantum est calidus: ergo non est primo calidus. antecedens probatur quia siccitas ignis nihil habet de humiditate ergo est eque siccus sicut calidus: ergo caliditas non conuenit ei primo. Tercio sic caliditas ignis potest intendi: ergo ignis non est primo calidus. antecedens probatur quia influentie calefactiue recipiunt materiam ignis dispositam ad calorem: ergo in ea generant calorem: ergo calor ignis intenditur. Quarto sic. aqua est magis humida quam aer et aer non est primo humidus. antecedens probatur quia sensus iudicat aquam magis humidam quam aerem. Quinto sic. humiditas primo conuenit aque: ergo

nō frigiditas. añs pbaꝫ qꝛ p alterationem
frigiditas sepaꝫ ab aq̄ ꝛ hūiditas nō pōt
ab ea separi: ğ hūiditas pmo conuenit ei.
¶ Sexto sic. terra nō hꝫ siccitatē in sūmo: ğ
non est pmo sicca. añs pbaꝫ. qꝛ si terra eēt
sūme sicca ipā nō esset continua. pbaꝫ añs
qꝛ sine hūiditate nō fit continuatio. ¶ Se-
ptimo sic. illud est maxime frigidū qđ maxi
me cōtrariatur igni. sed terra ē hmōi: ğ ter
ra est sūme frigida: ğ nō est sūme sicca. cum
eidē elemēto nō cōueniat due qualitates in
sūmo. ¶ Octauo sic. in terra maxime appa
rent effect⁹ frigiditatis. ğ ipa est sūme frigi-
da. añs pbaꝫ: qꝛ i terra apparent magna
dēsitas et magna grauitas. ¶ Nono sic.
terra maxie distat a fonte caloris: ğ ipa est
sūme frigida. añs pbatur qꝛ terra maxie di
stat a sole q̄ est fons caloris ğ ipa ē maxie
frigida. ¶ Decimo sic. nullū elemētū hꝫ ali-
quā qualitatē remissā: ğ nullū elemētū hꝫ
aliquā qualitatē in sūmo. añs pbatur. qꝛ
aliter elemētū esset impfectū i suis qualita
tibus. ¶ Undecimo sic. caliditas ignis et
caliditas aeris sūt eiusdem speciei: ğ eque
intēsa ē vna sicut alia. ¶ Duodecimo sic. si
vna qualitas simbola esset magis intensa
in vno elemēto q̄ in alio seq̄retur q̄ vnum
elemētū nō posset ex alio gn̄ari: quod ē ma
nifeste falsū. pbatur ꝯña. qꝛ in materia al
teri⁹ nō posset eē qualitatiua dispositio eq̄
intēsa sicut reqrit forma alteri⁹. ¶ In op-
positū arguiꝫ p sufficiētiā quā facit Aristo.
scđo de gn̄atione ¶ Pro solutiōe q̄stionis.
Notādū est pmo q̄ duplr pōt pbari nume
rus quaternarius elemētoꝝ. Uno mō p q̄li
tates motiuas: ꝛ illo mō sic pbaꝫ ois qua-
litas motiua corporis generabilis simplicr
vł mouet sursū simplr: ꝛ sic est ignis. vel hꝫ
qualitatē mouētē deorsū simplr: ꝛ sic ē ter
ra vel hꝫ qualitatē mouētē deorsū in respe
ctu: ꝛ sic ē aqua. vel habet qualitatē mouē
tē sursū in respectu ꝛ sic ē aer. Et nō sūt plu
res qualitates motiue corpoꝝ simplicium
gn̄abiliū et corruptibiliū: ğ nō sūt nisi quat
tuor corpora simplicia generabilia ꝛ corru
ptibilia. Alio mō pōt pbari numerus qua
ternari⁹ elemētoꝝ p cōbinatiōes qualita-
tū pmaꝝ actiuaꝝ ꝛ passiuaꝝ. ꝛ illo mō sic
pbaꝫ: qꝛ solū sex pñt imaginari ꝯbinatio-
nes qualitatū pmaꝝ. Nā vł cōbinaꝫ cali-
ditas cū frigiditate ꝛ sic est cōbinatio inuti
lis cū ille qualitates nō pñt sil̄r cōbinari.
Uel cōbinaꝫ hūiditas cum siccitate ꝛ sic est
cōbinatio inutilis: cū ille qualitates nō pos
sint simul cōbinari. vel cōbinaꝫ caliditas
cū siccitate: ꝛ sic est ignis q̄ ex sua natura
est calidus et siccus. Uel cōbinaꝫ caliditas
cum humiditate et sic est aer q̄ naturaliter
est humid⁹ et calidus. Uel cōbinatur frigi
ditas cū humiditate: ꝛ sic est aqua q̄ natu-
raliter est frigida et humida. Uel cōbinaꝫ
siccitas cū frigiditate ꝛ sic est terra q̄ natu
raliter est sicca et frigida. Pluribus modis
non pōt variari sufficientia quare natura
liter nō sūt nisi quattuor elemēta. ¶ Scđo
notādū est q̄ duplicia sūt elemēta. nā q̄dā
sunt simbolisantia: et q̄dā sūt non simboli
santia. Un̄ elementa simbolisantia sūt ele
mēta q̄ habent aliq̄s q̄litates similes sine
eiusdē speciei: vt sūt ignis et aer. nā ignis
et aer simbolisant in caliditate. et terra ꝛ
ignis simbolisāt in siccitate. et aer ꝛ aqua
simbolisant in humiditate. et aqua ꝛ terra
simbolisant in frigiditate. Sed elementa
dicūtur nō simbolisantia q̄ non habēt simi
les q̄litates: vt sūt ignis ꝛ aqua: aer ꝛ ter-
ra. vñ licet ex quolibet elemēto aliud genera-
ri possit. tn̄ ex elemēto simbolisante facili⁹
generaꝫ elemētū simbolisans q̄ non sim-
bolisans quo ad corruptionē: nā minor est
resistētia cū in simbolisantibus solū sit resi
stētia quo ad vnā qualitatē: ꝛ in nō simbo
lisantibus est resistētia quo ad duas quali
tates. Un̄ ignis ꝛ aer simbolisant in cali
ditate: ꝛ ignis ꝛ terra simbolisant in sicci-
tate: et aer et aqua simbolisant in humidi
tate. ꝛ aqua ꝛ terra simbolisant i frigidita
te. Sed ignis et aqua in nullo simbolisāt.
et aer et terra in nullo simbolisant.
¶ Tercio notandum est q̄ duplr elementa
pñt ꝯsiderari. Uno mō scđm suas natura-
les dispōnes ꝛ illo mō quodlibet elementū
se determinat ad certas qualitates pmas
et illo mō ignis se determinat ad calidita
tē ꝛ siccitatē. ꝛ aer ad humiditatē ꝛ calidi
tatē. ꝛ aqua ad frigiditatē ꝛ humiditatem
terra ad siccitatē ꝛ frigiditatē. ita q̄ elemē
ta vt sunt in suis dispositionib⁹ naturali-
bus nō sunt colorata ꝓprie capiendo colo-
rem et per ꝯñs nō sunt per colorē visibilia.
Alio modo pñt elementa considerari prout
nō sūt i suis dispositionibus naturalib⁹. et
sic elemēta suscipiūt aliq̄s qualitates scđas
vt aqua et terra colorē. Un̄ qualitates scđe
sunt qualitates que causantur ex actione
qualitatum primarum. vt sunt albedo/ni
gredo: et similes. sed qualitates prime a-
ctiue et passiue dicuntur qualitates que cō
ueniunt primis corporibus generabilibus
et corruptibilibus vt sunt caliditas: sicci-
tas: humiditas et frigiditas. ¶ Quarto
notandū est q̄ istud nomen elemētū duplr
accipiꝫ. Uno modo ꝓprie. ꝛ sic elementum
est pars essentialis alicuius rei. ꝛ illo mo-

do capitur ab Aristotele primo phisicorum
dum dicit q ex cognitione principiorum cau=
sarum vel elementorum venim⁹ in cognitionē
causatorum principiatorum vel elementatorum.
Alio modo capitur elementum proprie. scz
pro corpore primo generabili et corruptibili
ex cuius cōcursu generatur mixtum. et illo modo
capitur dum dicit q sunt quattuor elementa
¶ Istis notatis ponit conclusio responsiua
q talis est numerus elemētorum sumit ex cō=
binationib⁹ qualitatum primarum actiuarum et
passiuarum. Ista conclusio patet ex dictis.
Et ad rationes ante oppositum. ¶ Ad pri
mam conceditur antecedens et negatur cō
sequentia. ¶ Ad secundam cōceditur cōsequen
tia et negat falsitas cōsequētis et ad proba
tionē eius negat q ignis sit tm̄ sicc⁹ q̄ tū
est calidus. Et ad probationē ei⁹ cōcedit q
siccitas ignis nihil hz de humiditate et ne
gatur ꝯña. ¶ Ad tertiā distinguitur ante=
cedens vel qr ignis est in sua summa na=
turali dispositione et sic negatur q possit
intēdi per cām particularē lz possit intēdi
per cām vniuersalē. vel qr nō est in sua na
turali dispositiōe et sic cōceditur et negatur
ꝯña. ¶ Ad quartā negatur antecedēs. Et
ad probationē eius cōcedit antecedēs et ne=
gatur ꝯña. qr sensus decipit propter densita
tem aque. ¶ Ad quintā negat antecedēs.
Et ad probationē ei⁹ cōcedit maior et nega=
tur minor. qr q humiditas nō separat est
propter densitatē aq. ¶ Ad sextā negat an=
tecedēs et ad probationē eius negat q terra
nō esset cōtinua. nā cōtinuatio in elemen=
tis bene fit sine humiditate vt pz in igne
¶ Ad septimā cōcedit maior et negatur mi
nor. nā lz terra facile extinguat ignem hoc
est propter eius dēsitatē. ¶ Ad octauā nega=
tur antecedēs et ad probationē ei⁹ negat q
dēsitas et grauitas sint effect⁹ frigiditatꝫ
sed sunt effect⁹ frigiditatis remisse et sum=
me siccitatis. ¶ Ad nonā cōcedit añtecedens
et negat ꝯña. qr q sit sūme sicca et nō sūme
frigida prouenit ex parte forme substātialis
ipsius terre q̄ requirit in sua naturali dispo=
sitione summā siccitatē et non summā fri=
giditatē. ¶ Ad decimā concedit añtecedens
et negatur ꝯña. quia licet elementum nul=
lam habeat qualitatem remissam tñ habz
vnā in summo et aliam citra summū. ¶ Ad
vndecimā cōceditur antecedens et negatur
consequētia. qr magis et minus in gradu
non variant speciē. ¶ Ad duodecimā nega
tur ꝯña. et ad probationem eius negatur
antecedēs. qr dū illa qualitatiua disposi=
tio intenditur plusq̄ forma substantialis
elementi requirat et tunc forma illa tendit

ad corruptionē: et materia disponitur ad
susceptionē forme alterius elementi vt dū
caliditas aeris intenditur et eius humidi=
tas remittitur: aer tendit ad corruptionē
et materia disponitur ad formā ignis.

Queritur trigesimo octauo vtrū istum
mundum inferiorem esse cōtinuū la=
tionibus superiorib⁹ sit necesse vt tota vir
tus eius inde gubernetur? Et arguitur q
non et hoc sic. voluntas humana est res in
istis inferioribus: et tamen non guberna=
tur a celo: ergo non omnis virtus inferior
gubernatur a celo. ¶ Secūdo arguitur sic.
si ista inferiora gubernarētur a celo seque=
retur q omnia que fiunt in istis inferiori=
bus ineuitabiliter euenirēt: sed hoc est fal
sum. probatur consequentia quia celū natu=
raliter agit. ¶ Tertio arguitur sic. celū nō
agit in ista inferiora: ergo ista iferiora nō
reguntur a celo. antecedēs probatur quia
si celū ageret in ista inferiora hoc esset per
motum: sed hoc nō: ergo nō agit in ista in=
feriora minor probatur. qr si ageret per mo=
tum hoc esset eo q mot⁹ localis eius est ca
lefactiuus: sed hoc nō: ergo nō agit per mo
tum. minor probatur quia eadem ratiōe om=
nis motus localis esset calefactiuus quod
est falsum. ¶ Quarto arguitur sic. si celum
calefaceret ista inferiora hoc esset median
te lumine. sed hoc nō. ergo celū non calefa
cit ista inferiora. minor probatur. qr nō omne
lumen est calefactiuum: ergo nō calefacit
mediante lumine. antecedens patet quia
luna per suū lumen est frigefactiua. Simi=
liter saturnus est frigefactiuus. ¶ Quinto
arguitur. si celū calefaceret ista inferiora
sequeretur q fortius calefaceret mediā re=
gionem aeris q̄ terram hoc autem est fal=
sum. probatur cōsequentia qr agens natura
le fortius agit in propinquū q̄ in distans
modo media regio aeris est propinquior ce=
lo q̄ terra. similiter sequeretur q fortius ca
lefaceret altos montes q̄ valles quod est
contra experientiam. ¶ Sexto sic. multa
fiunt in concauitatibus terre que nō fiunt
per motum celi nec per lumen. ergo nō om=
nia ista inferiora gubernātur a celo. ¶ In
oppositum arguitur sic. etates et tempora
generationes et corruptiones in istis in=
ferioribus variantur ad motum solis vt ex
perientia docet: ergo signum est q ista in=
feriora gubernātur a celo. ¶ Pro solutione
questionis notādum est primo q istud no=
men necessarium dupliciter capitur. Uno
modo vt est terminus secūde intentionis et
hoc dupliciter. Uno modo vt est passio ꝯñe
et sic ꝯña necessaria tantū valet sicut bona

gñs. Alio mõ vt est passio ꝓpositiõis et sic valet tñ sicut ꝓpositio necessaria. Alio mõ capitur vt est termin⁹ ꝓme intẽtiõis ⁊ hoc dupliciť. vno mõ. Pro necessario simpliciť ⁊ sic solus de⁹ est necessarius. Nam solus deus est ens quod nõ potest non esse. Alio modo capitur necessariũ pro necessario secundũ quid siue pro necessario necessitate nature. ⁊ illo modo tãtũ valet sicut qđ per cãm naturalẽ euenit. ita ꝙ agens naturale nõ põt illud impedire: ⁊ sic celum necessitate nature agit in ista inferiora. Nã sic agit ꝙ solus deus suã actionem põt impedire. vnde ꝓpositio Aristotelis sic debet intelligi. si ista inferiora disponũtur a corporibus celestib⁹ ipa sunt cõtigua corporib⁹ celestib⁹ ⁊ hoc est verũ. Similiter iste terminus gubernare dupliciter accipiť. Uno mõ vt tñ valet sicut voluntarie aliquid regere siue agere. ⁊ illo modo solũ agens liberum gubernat. ⁊ illo mõ nõ capiť hic in ꝓposito. ¶ Alio mõ capiť vt tñ valet sicut disponere et sic capitur hic in ꝓposito. ¶ Scđo notandũ est ꝙ duplex est mũdus. scʒ mundus supior ⁊ mũdus inferior. Uñ in mũdus supior dicitur aggregatũ ex corporib⁹ celestibus. Sed mũdus inferior dicitur aggregatũ ex elementis ⁊ contentis in eis. Unde ignis imediate contiguatur celo, ita ꝙ imediate locatur in cõcauo orbis lune. et cõtinet millesies tñ sicut terra. ⁊ est inter oĩa elementa rarissimũ et ideo maximum et post aer locatur in cõcauo ignis. ⁊ cõtinet cẽties tñ sicut terra. vñ aer in tres regiones diuidiť scʒ in supremã, mediã ⁊ infimam. Uñ suprema est semꝑ calida propter ignis vicinitatẽ ⁊ semꝑ media regio est frigida. Nã de⁹ sic ordinauit vt ibi gñarenť pluuie ad fecundãda ista inferiora. Et infima est tẽperata saltẽ pro parte ꝓpter salutẽ viuentiũ. Uñ iste regiones sic figurantur scđm imaginationẽ: ⁊ primo imaginãdum est ꝙ ignis scđm supficiem conuexam est sphërice figure. nã figuratur scđm cõcauũ orbis lune. ⁊ scđm supficiẽ cõcauã imaginatur oualis figure. ita ꝙ diameter eius de polo ad polũ imaginatur longior ꝙ̃ sit diameter sub eq̃noctiali. Nã celũ sub eq̃noctiali est fortior; ꝟtutis ꝓpter velocitatẽ sui mot⁹ ad generandũ ignẽ ꝙ̃ sub polis. Sed supma regio aeris diciť ꝙ est oualis figure etiã quãtũ ad supficiẽ conuexã. Media vero regio aeris est maioris profunditatis circa polos ꝓpť distantiã planetaꝝ ꝙ̃ sit sub equinoctiali. Sed infima regio aeris q̃ ad supficiẽ cõuexã est lenticularis figure. nã est magis ꝓfũda circa equinoctiale ꝙ̃ circa polos: sed q̃ ad supficiẽ ꝯcauã eius est difformis figure ꝓpter montes ⁊ tumores maris. Uñ phisicus parũ debet curare de diuersitate istarũ propositionũ ⁊ similiũ semꝑ media regio aeris est frigida et media regio aeris semꝑ est frigida. lʒ vna sit vera de rigore ⁊ alia falsa. ¶ Tertio notãdũ est ꝙ tripliciter celũ đr agere in ista inferiora. scʒ motu, lumie, ⁊ influẽtia. Celũ đr agere in ista inferiora motu. eo ꝙ celũ per suũ motũ adducit planetas calefactiuos vel frigefactiuos ad nos. et eo ꝙ ad motũ eius mouetur ignis deinde aer ⁊ fit distractio ⁊ cõfricatio ad quã seq̃tur calefactio. nã mot⁹ localis cõfricatiu⁹ in corporib⁹ est calefactiu⁹ si nõ sit ipedimentũ. Et đr celũ agere in ista inferiora lumie. Nã ꝑ astra illuminat ista iferiora ⁊ calefacit ea. nã oẽ lumẽ est de se calefactiuũ. ⁊ agit in ista iferiora influẽtia. Nã planete ⁊ alia astra influũt in ista inferiora diuersimode: ad quã diuersitatẽ seq̃tur diuersitas in istis iferioribus. Uñ sicut dicũt astrologi lʒ celum nõ agat i aiam rõnalẽ de se: tñ bene ꝑ accñs. nã ad alterationẽ corpis sepe seq̃tur alteratio aie rõnalis. ⁊ sic dicũt ꝙ duplex ẽ influẽtia planete. vna q̃ ad corp⁹. ⁊ alia quo ad aiam. Uñ sic diuersificãtur planete quo ad influentiã corpis q̃ ad hoies. Qr hoies qui sunt nati sub saturno sũt hoies sicci ⁊ frigidi ⁊ melancolici ⁊ vt plurimũ sine barba. Et hoies q̃ sunt nati sub ioue sunt pulchri ⁊ habẽtes pulchrã barbã. Et hoies q̃ sunt nati sub marte calidi sunt et sicci. Et hoies q̃ sũt nati sub sole sunt pingues ⁊ bñ ꝯplexionati. Et hoies q̃ sũt nati sub venere sunt rubicũdi ⁊ hñtes pulchros capillos ⁊ effeminati. Et hoies nati sub mercurio sũt habẽtes mẽbra gracilia. ⁊ hñtes subtilẽ ⁊ pulchrũ nasũ. Et hoies nati sub luna sunt hoies satis albi ⁊ flegmatici. Sed quo ad aiam planete ꝑ accñs sic influũt. Qr hoies nati sub saturno sũt hoies fallaces ⁊ iracũdi ⁊ sepe cogitãt seipos interficẽre. ⁊ diligũt geometriã ita ꝙ ad eã inclinanť. Et hoies nati sub ioue sũt beniuoli leti ⁊ diligentes arismeticã: ⁊ logicã. Et hoies nati sub marte sũt hoies inclinati ad furta, ad bella ⁊ ad alia maleficia. Et homies nati sub sole sũt hoies iclinati ad sapiam ⁊ ad dilectionẽ iusticie. Et hoies nati sub venere sũt hoies iclinati ad res leues ⁊ mulieres ⁊ sunt hoies incõstãtes. Et hoies nati sub mercurio sunt hoies inclinati ad artẽ orãdi ad hystorias et ad philosophiã: et sunt boni cũ bonis ⁊ mali cũ malis. Et hoies nati sub luna sunt hoies lenti et inclinati ad

grammaticam ¶ Quarto notandum est ꝙ dupliciter aliqd dicitur calefacere. vno mō per se. alio modo per accñs. vñ illud dicitur calefacere ꝑ se qđ ex ꝓpria natura eius est natū causare calorē vt est ignis. Sed illud dicitur calefacere ꝑ accñs qđ ex sua ꝓpria natura nō est natū causare calorem: sed tñ ad eius ꝑsentiā causaꝫ nouus calor: et isto modo frigus ꝑ antipistasim dicitur calefacere et calor frigefacere. vñ vt dicitur cōiter antipistasis dicitur ab anti qđ ē contra: ⁊ para qđ est iuxta: ⁊ stasis qđ ē statio quasi vnius cōtrarij alteri iuxta statio: ⁊ ista antiperistasis reperitur inter qualitates actiuas ⁊ passiuas sicut sūt qualitates elemētoꝝ. Vñ vt dicūt naturales duplex est contrarium scꝫ contrariū circūstans ⁊ cōtrariū penetrans. Vñ cōtrariū penetrans dr illud qđ fortius est in agēdo, ꝙ̄ suū contrarium iuxta positū in resistendo. Sed contrarium circūstans est contrariū qđ nō est forti⁹ in agēdo ꝙ̄ suū cōtrariū in resistendo. ⁊ mediante tali fit fortificatio ꝑ antipistasim. nā vt expiētia docet aliqñ quis in hyeme tñ friget manus in ꝑncipio vt multū patiatur a frigiditate: ⁊ post paululū man⁹ reducūtur ad caliditatē eo ꝙ caliditas interior fortificat se ⁊ tandem corrumpit frigiditatem. ¶ Istis notatis ponitur cōclusio respōsiua Istū mundū inferiorē celo esse cōtiguū necesse est vt virtus eius inde gubernetur. ⁊ hoc capiendo necesse vt dic necessitatē naturalē. ꝓbatur ista cōclusio: qꝛ per vacuum celum naturaliter nō posset diffundere suaꝫ virtutē qđ tñ oporteret si mundus iste inferior non esset ei contiguus: ergo opꝫ istum mundū inferiorē celo esse contiguū. vt tota virtus eius inde gubernetur. Et ad rōnes ꝗ̄n oppositū. ¶ Ad ꝑmā conceditur totum argumentū: qꝛ volūtas humana nō est res naturaliter potēs suscipe actionē celi: cū sit aīa rōnalis indiuisibilis q̄ per se nō patitur a celo. ¶ Ad scđam negatur ꝯñtia: quia lꝫ opationes mere naturales q̄ fiūt per influentiā celi eueniant ineuitabiliter respectu celi: non tñ respectu dei. immo respectu dei eueniunt mere cōtingēter. nā sic eueniunt ꝙ vult eas sic euenire: et potest impedire ne sic eueniant. ¶ Ad terciā negatur ꝗ̄ñs. ⁊ ad ꝓbationē ei⁹ cōceditur maior. ⁊ negatur mior. ⁊ ad ꝓbationē eius cōceditur ꝯñā. ⁊ negatur fallitas ꝯñtis. ⁊ ad ꝓbationē ei⁹ negatur ꝙ ōis mot⁹ localis sit calefactiuus sed solū mot⁹ localis cōfricatiu⁹ est calefactiuus. ¶ Ad q̄rtā cōceditur maior ⁊ negatur mior ⁊ ad ꝓbationē ei⁹ negatur ꝗ̄ñs ⁊ ad ꝓbationē ei⁹ negatur ꝙ lumē lune sit frigefactiuū. nā licet luna sit frigefactiua et humefactiua per suā influētiā nō tñ per suū lumen. ¶ Ad q̄ntā negatur ꝯñā. et ad ꝓbationeꝫ eius distinguitur vel si ꝓpinquum sit eque dispositū et sic cōceditur: vel si non sit eque dispositū ⁊ sic negatur. nā radij luminosi non reflectuntur in media regione aeris sicut in terra ideo media regio aeris non calefit. ⁊ ad aliam ꝓbationem negatur ꝯñā qꝛ causa quare alti montes nō calefiūt est quia calor impeditur per frigiditatē medie regionis aeris et etiā qꝛ radij non pñt in montibus eque bene reflecti sicut in vallibus. nā expientia docet ꝙ in corpore concauo melius fit reflectio ꝙ̄ in corpore rotūdo vel plano. ¶ Ad sextā conceditur antecedens ⁊ negatur consequētia: qꝛ licet illa non fiant per lumen fiunt tñ per influentiam eius.

Queritur trigesimo nono. vtrū impressiones ignite generentur in aere? Et arguitur ꝙ non et hoc sic. omnis generatio habet aliquam causam efficientem: sed talis impressio ignita non habet causam efficientem: ergo non generatur in aere. ¶ Secundo sic omnis effectus substantialis in istis inferioribus habet causam materialem: sed impressio ignita non habet causam materialem: ergo non est effectus productus in istis inferioribus. ¶ Tercio sic. omnis effectus fit propter aliquē fineꝫ: sed impressio ignita nō fit propter aliqueꝫ finē: ergo non est effectus genitus in aere. ¶ Quarto arguitur sic. si impressiōes ignite fiunt in aere vel sunt eiusdem speciei essentialis vel non. si dicatur ꝙ sic arguitur sic ꝙ non: et hoc sic. ex diuersitate figuraꝝ arguitur diuersitas specifica, vt vult Aristoteles in libro de animalibus et plantis: sed impressiones ignite diuersimode figurantur: ergo specie differunt. ¶ Quinto arguitur sic. impressiones ignite diuersimode mouentur: ergo specie differunt: tenet consequentia. quia diuersitas motuum arguit diuersitatem specierum. ¶ Sexto arguitur sic. impressiones a diuersis principijs producuntur. nam quedam a caliditate ⁊ quedam a frigiditate: ergo specie differūt. tenet consequentia. quia a diuersis causis specie fiunt effectus differentes specie. ¶ Septimo arguitur sic. plus differūt stella cadēs ⁊ cometa adinuicem ꝙ̄ due stelle cadentes inter se: ⁊ hoc nō pōt esse nisi differant specie: ꝗ impressiones ignite dr̄unt spē. ¶ Octauo arguitur sic. impressiones ignite fiunt in diuersis locis: ꝗ spē differunt. ¶ In oppositū arguitur ꝑ experientiā. nā experi-

mur impressiones generari in aere. ¶ Pro so
lutione questionis Notandū est primo ꝙ vt
dicit Aristoteles in primo libro methoro
rum: duplex eleuatur fum⁹ a terra. nā quis
dam est calid⁹ et siccus. alius est calidus ꝛ
humidus. Vn̄ fumus calidus et siccus qui
eleuatur a terra substantialit̄ est terra q̄ est
leuificata et subtiliata per calorem solis et
fumus qui eleuatur a terra vel aqua qui
est humidus et calidus substantialiter est
aqua. Nā experientia docet ꝙ fumus qui
ascendit ab aqua bulliente est aqua. Nam
si quis apponat manū super vas per ali-
quam distātiā reperiet aquā resolutam ex
fumo quod nō esset nisi ille fumus esset sub
stantialiter aqua. vnde ex hoc patet que
est causa materialis impressionis ignite.
Nā exhalatio calida et sicca inflammabi
lis que est fumus calidus et siccus: ꝛ cau
sa efficiens impressionis ignite est sol ꝛ alia
astra. Nā sol et alia astra per lumē ꝛ aliā
virtutē calefactiuā calefaciunt ista corpo-
ra inferiora que sunt grossa. Nam corpora
grossa nō fumāt nisi prius sint calefacta.
ꝛ post q̄ sunt calefacta emittunt fumos ca
lidos et siccos qui dicunt̄ exhalationes ca-
lide, et sicce ex quibus generant̄ impressio-
nes ignite. Causa vero finalis remota est
salus viuentium in istis inferioribus. nam
ille exhalatiōes sepe sunt venenose et si nō
cōburerentur inficerent viuentia. ¶ Secū-
do notandum ꝙ non omnes impressiones
ignite generant̄ in eodē loco: sed in diuer-
sis locis. Nā illa exhalatio calida et sicca
eleuat̄ per leuitatē genitam in ea virtute
solis: ꝛ inflammatur a calore igneo existen
te in ea. Unde quedā illarū impressionum
generat̄ intra terrā: et quedam in infima
regione aeris. et quedam in media. et que-
dam in suprema: et quedam in superficie
terre. Unde sicut dictū est omnis impressio
ignita fit ex exhalatione calida ꝛ sicca. vel
ergo talis exhalatio est multum excellens
in calore ꝛ leuitate ita ꝙ valet ascendere
vsq̄ ad supremam regionem aeris Et si sic
vel talis exhalatio est equaliter subtilis in
omnibus suis partibus. vel talis exhala
latio est continua vel discontinua Si est dis
continua tunc apparet per modum stipu-
larum ardentum. Si vero est continua et
accensa in vna parte et non in alia tūc ap
paret per modū candele ardentis. Si ve-
ro magis distrahitur in vnam partē q̄ in
aliam sic ab Aristotele vocatur dalus. Si
vero talis exhalatio est inequaliter subti-
lis in suis partibus. hec est adhuc dupliciꝉ
vel habet magis de grosso q̄ de subtili: et
sic apparet per modum colūne pyramida
lis. Si vero habet tantum de grosso q̄ tum
habet de subtili tunc apparet per modum
lancee ardentis. Si vero talis exhalatio
sit mediocriter calida tunc solum ascendit
vsq̄ ad mediam regionem aeris. et ibi per
antiperistasim frigiditas medie regionis
aeris inflammatur. Et hoc contingit du
pliciter quia vel talis exhalatio est discon
tinua: et tunc apparet per modum stipula
rum ardentium. Si vero materia sit conglo
bata et vnus globus inflammetur et post
ea alter tunc apparent ibi capre saltan-
tes. Si vero talis exhalatio circundetur
nube frigida et rumpit nubem tunc appa
rent scintille ardentes. Si vero talis exha
latio sit continua hoc dupliciter: quia vel
illa materia est compacta ꝛ inflammatur
in vna parte et non in alia: et sic appa-
ret per modū candele ardentis. Si vero
talis exhalatio sit conglobata hoc dupli-
citer: quia ei occurrit aliquod frigidum su-
perius: et tunc talis exhalatio mouetur
lateraliter et vocatur sydus volans. Et a-
liquando cōtingit ꝙ illud frigidū occurrit
ei ante inflammationē: et tunc exhalatio
incuruat̄ et inflammat̄ et apparet ꝑ mo-
dum draconis sufflantis ignē. Si vero il-
lud frigidum occurrit ei inferius tunc ta-
lis exhalatio ascendit et inflammatur et
vocatur ignis ascendens. Si vero illi exha
lationi nullum frigidum occurrat tunc il-
la exhalatio inflammatur: ꝛ diu manet in
aere et vocatur ignis fatuus siue precedēs
Nam dum fit in infima regione aeris se-
pe precedit homines ambulantes de no-
cte. nam mouetur ad motum aeris: et sepe
rustici decipiuntur credentes esse appari-
tionem alicuius spiritus. Si vero illa exha
latio sit parum calida ꝛ parum leuis tunc
manet in infima regione aeris. ꝛ hoc du-
pliciter quia vel materia est discontinua
et simul accensa: et tunc apparent stipule
ardentes. et si materia sit subtilis ita ꝙ
potest moueri ad motum aeris: tunc ap-
parent candele ardentes. Unde candele
ardentes que fiunt in istis inferioribus ge
nerantur ex fumo pingui et viscoso: vt pu-
ta ex fumo eleuato ex cadaueribus vel ex
sudore equi: et ideo sepe iste candele ap-
parent in patibulis et in cymiterijs. quas
clerici curatorum sepe credunt esse ani-
mas defunctorum: et sepe apparent iu-
xta cloacas existentes in hortis: et hoc q̄n
cloace sunt plene. nam in cymiterijs ꝛ clo-
acis existētib⁹ in agro ꝛ cadaueribus exn̄ti
bus iuxta patibula exhalāt fumi pingues

et viscosi inflammabiles qui inflāmantur
per calorē solis et similiter equus dum su-
dat emittit grossos fumos ⁊ viscosos qui in
flāmantur per calorē solis et apparent de
nocte per modū candelarū ardentium vel
lucernarū per quas equites causam igno-
rantes sepe terrentur de nocte. ¶ Tertio
notandū est ꝙ ille exhalatiōes eque bene
causantur de die sicut de nocte. Sed de die
non apparent propter lumen solis. Nam
maius lumen offuscat minus lumen. Sed
de tēpore dicitur ꝙ magis causantur in ve
re ꝙ̄ in hyeme. nam in hyeme terra est ni-
mis frigida ⁊ humida et non potest bene
exhalare fumos calidos ⁊ siccos. Et etiam
magis causantur in autūno ꝙ̄ in estate.
quia in estate terra est nimis sicca ⁊ nō po
test fumare propter nimia siccitatē. Sed
in autūno terra est calida q꞉ calefacta est
in estate ⁊ fumat sufficienter propter plu
uias autūnales ⁊ sic eleuātur exhalatiōes
calide et sicce que per calorē solis inflam-
mantur. vel per antiperistasim frigidita-
tis nocturne. quia in autūno noctes sunt
sufficiēter frigide ad causandū ātiperista-
sim cum aer sit multum passibilis propter
estatem precedentē. et agricole in autūno
sepe sunt de nocte in agris ⁊ vident istas
impressiones quas multum admirantur.
¶ Quarto notandū est ꝙ in aere apparēt
quedam alie impressiones que propter di-
stantiā dicuntur esse in celo q̄ impressiones
dicuntur hyatus ⁊ vorago. Unde sic causan
tur q꞉ ꝑ calorē solis eleuanᵗ exhalationes
calide ⁊ sicce q̄ spissanᵗ in aere ⁊ reflectunt
lumē astrorū ⁊ si exhalatio sit spissa in me-
dio ⁊ nō eque spissa in extremitatibus ap-
paret nigra in medio ⁊ alba in extremita
tibꝰ ⁊ q꞉ albū magis mouet visuꝫ ꝙ̄ nigrū
ideo nigrū apparet remotius et albū pro-
pinquius et sic videᵗ esse apertura in celo
⁊ si sit magna vocaᵗ vorago et si sit parua
vocatur hyatus. Similiter apparēt i celo
rubei colores vñ qñ lumen omnino dñatur
suꝑ nubē tunc apparet albedo. ⁊ qñ medio
modo se habet ita ꝙ lumen nō dñatur nec
exhalatio tunc apparet rubedo. Nā luci-
dū visum per nigrū apparet rubeum ⁊ ni-
grū visum per lucidū apparet rubeuꝫ sicut
carbo niger visus per ignē apparet rubeꝰ
¶ Cōclusio respōsiua impressiones ignite
gñantur in aere. ista conclusio patet ex di
ctis. ¶ Scđa cōclusio oēs ipressiones igni-
te sunt eiusdē speciei specialissime de pre-
dicamento substantie ista conclusio proba-
tur sic omnes ignes sunt eiusdem speciei
specialissime predicamenti substantie: sed
omnes impressiones ignite sunt ignes: er-
go sunt eiusdē speciei specialissime. ¶ Ter
tia conclusio impressiones ignite differūt
specie accidentali. ista cōclusio ꝓbatur sic
quia ille significantur diuersis conceptibꝰ
cōnotatiuis cōmunibus: ergo tales diffe-
runt specie accidētali. Et ad rationes an-
te oppositū. ¶ Ad primam conceditur ma-
ior ⁊ negatur minor: que autem sit dictum
est. ¶ Ad scđam cōceditur maior ⁊ negatur
minor que autē sit dictum est. ¶ Ad tertiā
conceditur maior ⁊ negatur minor que au-
tem sit dictum est. ¶ Ad quartā distingui-
tur ꝙ oīes impressiones ignite sunt eius-
dem speciei specialissime essentialis. et ad
ꝓbationē distinguitur maior. vel ex diuer-
sitate cōsequēte totā speciē. ⁊ sic cōceditur.
vel ex diuersitate nō cōsequēte totā speciē
⁊ sic negatur. ¶ Ad quintā distinguitur. vł
per se ⁊ sic negatur vel ratione alterius et
sic conceditur. ¶ Ad sextā distinguitur ma
ior vel a diuersis principijs per se. ⁊ sic ne-
gatur. vel per accidens ⁊ sic conceditur.
¶ Ad septimā distinguitur maior. vel essen
tialiter ⁊ sic negatur: vel accidentaliter et
sic conceditur. ¶ Ad octauam cōceditur an
tecedens et negatur consequentia.

Queritur quadragesimo virū galacia
et cometa sint eiusdem speciei specia
lissime? ¶ Et arguitur ꝙ sic. quia cometa ⁊
galacia sunt ex eadē materia: ꝰ sunt eiu
dem speciei. ¶ Scđo arguitur sic. cometa ⁊
galacia causantur in eodem loco puta in
celo: ergo sunt eiusdem speciei. ¶ Tertio ar
guitur sic. cometa mouetᵗ circulariter: ergo
est de natura celesti. ¶ Quarto sic. astrolo
gi prenosticāt ꝑ cometā: ergo cometa est de
natura celesti. ¶ Quinto arᵍ sic. galacia est
de natura elemētari ꝓbaᵗ sic. q꞉ est exhala
tio reflectēs lumē: ꝰ est de natura elemēta
ri. ¶ In oppositum arᵍ q꞉ corpꝰ terrestre et
pars corporis celestis specie differūt: sed co-
meta ⁊ galacia sunt hmōi: ꝰ specie differūt
¶ Pro solutione q̄stionis notandū est pri-
mo ꝙ de cometa vt refert aristoteles fue-
rūt varie opiniones. ¶ Prima opinio fuit
anaxagore ⁊ democriti dicētium cometam
esse apparitionē plurium stellarum errā-
tium ꝓpter ꝓpinquitatē ⁊ cōiunctionē in
ter se. vñ opinati fuerūt isti ꝙ quotiēscūq
planete sic cōiungunᵗ apparebat vna stel
la habens comam vel caudam. Sed cōtra
istam opinionem arguitur rationibꝰ ari-
stotelis. quia si ita esset sequeretur ꝙ post-
ꝙ̄ cometa est dissolutus ꝙ plures appare-
rent planete: sed hoc est cōtra experientiā
ergo illa opinio male loquitur de cometa

¶Scdo ſic. planete ſepe cõiunguntur cum
ſtellis fixis: et tñ ꝑpter talẽ cõiunctionem
nõ cauſatur cometa: ergo cometa nõ eſt ta
lis apparitio. ¶Tertio aŕ ſic. quelibet ſtel
la dũ videtur videt̃ indiuiſibilis: ergo pro-
pter cõiunctionẽ ſtellaꝝ nõ cauſatur talis
apparitio q̃ dicit̃ cometa. ¶Scda opinio
fuit pitagoricoꝝ dicẽtium cometam eſſe
vnã de ſeptẽ ſtellis errantibus q̃ multo tẽ
pore latet ſub radijs ſolis. Sed contra illã
opinionẽ. arguit ſic Ariſtoteles omes ſtel-
le errantes mouentur ſub circulo obliquo
puta ſub circulo aialiũ qui dr̃ zodiac⁹ ſed
cometa non ſemꝑ mouet̃ ſub illo circulo: er-
go nõ eſt ſtella errãs. ꝑbatur minor qꝛ ſe-
pe cometa viſus eſt extra zodiacũ: ergo nõ
eſt ſtella errans. ¶Scdo aŕ ſic. qꝛ ſepe viſi
ſunt multi comete ſimul: ergo ſignum eſt ꝙ
cometa non eſt vna de ſeptem planetis er
rantibus. ¶Tertia opinio fuit ſocratis di
centis ꝙ cometa quantũ ad corpus eſt ſtel
la erratica. et quantum ad caudam eſt de
natura elementari. ¶Sed contra iſtã opi-
nionẽ aŕ ſic ſi cometa quantũ ad corpus eſ
ſet planeta erraticus. et quantũ ad caudã
vel comã de natura elementari ſequeretur
ꝙ cometa aliq̃ñ appareret nobis ſine cau
da vel coma. hoc autẽ eſt cõtra experiẽtiã:
ergo opinio ſocratis eſt falſa. ¶Scdo ſic.
non ſunt niſi quinq̃ planete erratici pre-
ter ſolẽ ⁊ lunã vt experiẽtia docet: ſed nul-
lus iſtoꝝ eſt cometa. Nã aliq̃ñ illi quinq̃
niſi ſunt dum erat cometa: ergo cometa nõ
eſt planeta erraticus quo ad corp⁹. ¶Se-
cundo notandum eſt ꝙ cometa ſcdm Ari-
ſtotelẽ eſt de natura elementari. ⁊ ſic gene
rat ſcdm Ariſtotelẽ. Nã per calorẽ ſolis et
alioꝝ aſtroꝝ a corporib⁹ terreſtribus exi-
ſtentibus hic inferius viſcoſis eleuat̃ exha
latio calida ⁊ ſicca: groſſa pinguis et viſco
ſa. cuius partes adinuicem multum circũia
cent vſq̃ ad ſupremã regionẽ aeris: et ibi
inflãmatur et ibi mouetur circulariter pro
pter vicinitatem ignis que ad motum celi
mouetur circulariter. Unde cometa ſecun-
dum diuerſitatem materie diuerſimode ap
paret. Nam quando materia eſt multum
compacta. in medio et non in extremitati
bus tunc in medio eius apparet lumen cõ-
pactum et in extremis apparet lumen cla
rum. ⁊ tunc cometa vocatur ſtella cometa.
quando vero illa materia diſtracta eſt in
longum ita ꝙ faciendo acutiem proten-
ditur. tunc cometa dicitur caudata ſtella.
Sed quando materia ſuperius eſt denſa ⁊
inferius rara. tunc cometa vocatur ſtella
barbata. Unde cometa poteſt ſic diffiniri.
cometa eſt exhalatio calida et ſicca groſſa
pinguis ⁊ viſcoſa cuius partes multũ cir-
cũiacent eleuata a corporibus terreſtrib⁹
vſq̃ ad ſupremam regionem aeris vbi mo
uetur circulariter ad motum ſupreme regi-
onis aeris: et propter diſpoſitionem mate
rie inflãmatur. Unde cometa raro genera-
tur in hyeme propter frigiditatem et raro
in eſtate propter caliditatem Sed ſepe in
vere vel in autũno generatur et ſepius in
autũno q̃ in vere eo ꝙ in vere terra eſt ni-
mis humida. Sed in autũno terra eſt pin-
guis ⁊ viſcoſa propter caliditatem eſtatis
precedẽtis ⁊ propter humiditatem ſuper-
uenientem. ¶Tertio notandum eſt ꝙ co-
meta diuerſimode durat. Nam quando il-
la materia eſt bene inflãmabilis tunc ap-
paret albi coloris vel pallidi et parum du
rat ⁊ q̃ñ materia eſt mediocris tunc come-
ta apparet rubeus ſicut carbo ardens et
multũ durat: et q̃ñ materia eſt multũ cõpa
cta adhuc apparet magis rube⁹ ⁊ diuti⁹
durat. Unde dicit Ariſtoteles cometam du
raſſe per quadraginta dies. et plinius di
cit adnotatum fuiſſe cometam duraſſe per
octoginta dies. vnde continue attrahitur
per calorẽ ſolis noua exhalatio q̃ eſt cau-
ſa partialis durationis ſue. Unde come-
ta vt aſtrologi dicunt eſt ſignum multoꝝ
¶Primo eſt ſignum magne caliditatis et
multoꝝ ventoꝝ. Nã tũc maxime eleuatur
exhalatio calida ⁊ ſicca ex qua gñatur vẽ-
tus. ¶Scdo eſt ſignũ belloꝝ: traditionum
⁊ mortalitatum. Nam dũ cometa viget re
gnat caliditas ignea ꝑ quã colera augmẽ-
tatur in hoib⁹ ⁊ ſic hoies ꝑ colerã incitan
tur ad bella ⁊ iurgia. Uñ et dũ geſtũ eſt il-
lud memorabile bellũ iulij ceſaris cũ pom-
peio in theſſalia. tunc vigebat cometa. Eſt
etiã cometa ſignũ mortis principũ. Nã et
dũ iulius ceſar fuit rome occiſus apparuit
cometa quem romani multe credebant eſſe
aiam ceſaris. Similiter dũ karolus aqta-
nie dux mortuus eſt apparuit cometa. Eſt
etiã ſignũ mortalitatũ. Nã dũ cometa vi-
get inflãmantur humores ꝑpter calorem
abundantẽ in corpore humano: et inde ꝑ-
uenit peſtis. ¶Quarto notandum eſt pre-
termiſſis varijs opinionib⁹ falſis de gala
tia ponitur concluſio vera de gñatione ga-
lacie. Uñ galacia eſt circulus albus ſiue la
cteus apparẽs in celo trãſiens ꝑ pedes ge
minoꝝ ad principiũ ſagittarij et iterũ re-
diẽs ad ſignũ geminoꝝ. Uñ cã materialis
galacie eſt pars celi q̃ eſt ſpiſſior alijs ⁊ iõ
magis recipit lumen et reflectit. ⁊ cum hoc
in illa parte ſunt multe ſtelle parue ⁊ que

ctis magne q̃ nõ distincte videntur a nobis. id ex lumine receptor reflexo apparet nobis via lactea. vñ ista via lactea a rusticis dicitur via sctĩ iacobi. ¶ Conclusio responsiua galacia et cometa non sunt eiusdẽ speciei specialissime. pbatur ista conclusio q2 cometa est de natura elementari et galacia de natura celi: ergo non sunt eiusdẽ spẽi specialissime. ¶ Et ad rationes añ oppositum ad primã negatur añcedens. ¶ Ad scdam negatur antecedens. ¶ Ad terciã negatur 9ña. q2 licz moueatur circulariter nõ tñ per se: sed ad motũ supreme regionis aeris. ¶ Ad quartã cõcedit añs et negatur 9ña. quia non indicãt per eũ tanq̃ per causam: sed tanq̃ p signũ cõe. ¶ Ad quintã negatur añcedens et ad pbationẽ negatur ãtecedẽs. immo est pars celi altis densior que reflectit lumen astrorum.

Queritur quadragesimoprimo. vtrum pluuia: ros: et pruina sint impressiones aquose que generantur in aere. Et arguitur q non. ¶ Et primo de pluuia. si pluuia generatur in aere vel generat in media regione aeris: vel in infima: vel in suprema: sed nullũ est dicendum: ergo pluuia nõ generatur in aere. minor pbatur. et primo q non generetur in media regiõe aeris. q2 ibi impressiones ignite generãtur: ergo pluuia que est impressio aquosa nõ generatur i media. tenet 9ña q2 effect9 habentes diuersas virtutes in diuersis locis generantur ¶ Scdo arguitur sic. pluuia est substãtialiter aq̃: sz loc9 generationis aque est supficies cõuexa terre: ergo pluuia nõ generatur i media regiõe aeris. ¶ Tertio arguitur sic. aliq̃n pluit in vallibus duz nõ pluit in mõtib9 circũstantibus. ergo nõ oĩs pluuia generatur i media regiõe aeris ¶ Quarto arguitur sic de rore. ros generatur in supma regiõe aeris. ergo nõ generatur in media: añcedẽs pbatur q2 vapor ex quo generatur ros est subtilior q̃ sit vapor ex quo generatur pluuia: ergo altius ascendit. ¶ Quinto arguitur sic nubes prohibent generationem roris: ergo signum est q non generatur in infima regione aeris ¶ Sexto arguitur sic. nix in altiori loco generatur q̃ grando: ergo etiam ros in altiori loco generatur q̃ grando: tenet consequentia quia pari modo se habent. ¶ In oppositũ arguitur vbi reperitur causa gñatiõis pluuie ibi generatur pluuia: sed i media regione aeris reperitur causa generatiõis pluuie puta sufficiens frigiditas medie regionis aeris. ergo in media regione aeris generatur pluuia. ¶ Pro solutione questiõis notãdũ est pmo q causa materialis pluuie est vapor calidus et humidus qui substãtialiter ẽ aqua. Sed causa efficiens pluuie est frigiditas medie regionis aeris. Causa vero finalis est salus viuentium. Unde pluuia sic generatur. nam per calorem solis et aliorum astrorum eleuatur vapor calidus et humidus ab aqua existente in illis inferioribus: et ab alijs corporibus humidis vsq3 ad mediam regionem aeris. et ibi propter loci frigiditatem ille vapor condensatur et fit nubes: et tandez nubes resoluitur in aquam descendentem per guttulas. et dicit Aristoteles q si ille gutte sint parue vocatur illa pluuia a parte cades. et si sint magne et grosse vocatur labroceres. et si sint ille gutte mediocres. tunc vocantur ille gutte generali nomine. scilicet pluuia. Unde pluuia potest sic describi: pluuia est aqua resoluta a nube per frigiditatem medie regionis aeris. ¶ Secundo notandum est q scdm Aristotelem pluuie assignantur octo signa τ quinq3 accidentia. Primum signum est apparitio nubis τ ascensus vaporis sursum. Secundũ est diminutio roris et fontiũ. vnde qñ ros τ fontes diminuuntur tunc viget cõstellatio eleuatiua vaporis ex quo generatur pluuia. Tertium signum est humectatio parietũ et lapidũ. nã signum est q viget constellatio conuersiua vaporum et aeris in aquam. Quartum signum q lampades ardentes scintillant Nam signum est q vapores existentes in aere conuertũtur in aquã: et etiã aer τ ppter iuxta positionẽ faciũt lãpades scintillare. Quintum signũ est rubedo matutina τ pallor solis et suorum radiorũ. vnde qñ talia apparent signum est q vapores multi sunt eleuati inter solẽ et visum nostrũ. Sed rubedo vespertina est signũ serenitatis. nã signuz est q illi vapores eleuati non conuertẽtur in pluuiam propter recessum solis qui non eos vlterius eleuabit sed dispergetur. Sextum signũ est q tẽpore gñationis pluuie non videntur multa astra ppter vapores eleuatos inter celum τ visum nostrum Septimum signum est cantus ranarum τ auium. et precipue cantus coruorum: vt dicit virgilius in georgicis. Octauũ signum est q tẽpore generationis pluuie pulices fortius pungunt et musce et oues auidius comedunt τ aues diligẽtius alimẽta querunt. Nam tunc talia animalia alterantur per influentiã celi ad sibi prouidendũ. Sed quinq3 sunt accidẽtia pluuie. Primũ est q pluuia descendit per guttulas rotundas vt melius resistat aeri calido per quem

transit siue descendit. Secundum accidens
est ꝙ aliquando ille gutte sunt grossiores
et aliquando subtiliores propter diuersi=
tatem materie. Tercium accidens est ꝙ
pluuia aliquando est dulcis et aliquando
amara et hoc contingit propter diuersita
tem materie. Nam quando vapor habet
multum de terrestreitate tunc pluuia est
amara et quando parum habet et est sub=
tilis tunc est dulcis. Quartum accidens
est ꝙ citius generatur pluuia ꝗ queeun=
ꝗ alia impressio aquea ex quo vapor vir=
tute astrorum eleuatur vsꝗ ad mediam
regionem aeris que regio semper est dis=
posita ad generandū pluuiam. Quintum
accidens est ꝙ aliquando cum pluuia ca=
dunt parue rane et parui pisces et hoc cō=
tingit eo ꝙ cum vapore calido et humido
eleuatur exhalatio viscosa que commisce=
tur aquositati ex qua cōmixtione generan
tur virtute alicuius astri talia animalia.
¶ Tertio notandū est ꝙ ros et pruina ge=
nerantur in infima regione aeris. vnde
ros sic generatur quia per calorem solis
de die eleuatur vapor subtilis in istam in=
fimam regionem aeris qui adueniente fri
giditate noctis temperate conuertitur in
paruam aquā descēdentem per guttulas
et adherentē herbis ⁊ folijs arborum. Un
de sicut dicit Aristoteles multa sunt roris
accidentia. Primum accidens ꝙ ros gene
ratur in locis temperatis et tpe tēperato
Secundum est ꝙ ros quandoꝗ est dulcis:
scilicet qn vapor ex quo generatur est subti=
lis et multum habens de aere. Tercium
est ꝙ frumenta collecta in rore cito putre=
scunt. Quartum accidens ꝙ oues come=
dentes herbas roridas ex fluxu sepe mori
untur. et hoc est qꝛ materia roris est visco=
sa et distemperata ⁊ propter hoc pastores
in gaballitano vbi est magna multitudo
ouium non educunt eas ad pascua anteꝗ
ros per solem sit consumptus. Unde ex
istis patet ꝙ ros sic diffinitur. Ros est sub
tilis aqua genita ex subtili vapore eleua=
to virtute solis vsꝗ ad illam infimam re=
gionem aeris. Sed pruina sic generatur.
Nam per calorem solis eleuatur vapor sub
tilis habens debilem calorem vsꝗ ad me=
diam regionem aeris qui adueniente fri=
giditate noctis simul ingrossatur ⁊ conge
latur et descendens adheret folijs herba=
rum. vnde pruina sic diffinitur. pruina est
aqua congelata genita ex aqua subtili ele=
uata vsꝗ ad infimam regionem aeris vbi
congelatur: ⁊ descendit: ⁊ adheret herbis.
Unde ros ⁊ pruina conueniunt et differūt
Primo cōueniunt quia generantur ex va

pore subtili. Secundo conueniūt quia fiūt
tempore sereno. Tertio quia fiunt in in
fima regione aeris. Sed ros et pruina in
hoc differunt primo qꝛ vapor ex quo gene=
ratur pruina conuertitur in aquam et con
gelatur. sed vapor ex quo generatur ros
conuertitur in aquam et non congelatur.
Secundo differunt quia ros generatur tē=
pore temperato: sed pruina generatur in
locis frigidis et tempore frigido. Ter=
tio differunt quia ros generatur flante vē
to australi. sed pruina generatur vt in plu
ribus flante borea. Unde accidentia prui=
ne assignantur tria. Primum est ꝙ pruina
generatur in aurora. et maxime tempore
frigido: ⁊ in locis frigidis. nam pruina re
quirit congelationem. Scd̄m accidens est
ꝙ pruina fit ex materia fetida. nam ipsa
fit ex cōmixtione exhalationis calide cum
vapore humido. Tertium accidens qn ma
teria pruine ascendit sursum tunc est signū
pluuie quādo vero descendit deorsum tunc
est signum serenitatis. ¶ Quarto notan=
dum est ꝙ nix ⁊ grando differunt vnde nix
sic generatur. nam per calorem solis eleua
tur vapor calidus et humidus vsꝗ ad me
diam regionē aeris. ⁊ ibi propter magnā
frigiditatē conuertitur in nubem: ⁊ nubes
in niuem descendentē per partes grossas
taliter ꝙ anteꝗ partes nubis cōuertātur
in aquā conuertuntur in niuem propter ve
hementē frigiditatē. Nam congelatio pre
uenit conuersionē eius in pluuiam. Unde
sicut dicit Aristoteles nix et pruina conue
niunt in hoc. ꝙ vtrunꝗ generatur per con
gelationem. sed differunt quia generātur
in diuersis locis. ⁊ etiam nix generatur ex
vapore grossiori ꝗ pruina. Similiter in
hoc quia nix habet nubē preuiam: pruina
autem non. Unde quattuor assignātur ac=
cidentia niuis Primum est ꝙ nix est alba:
et causa albedinis eius est vehemens fri=
giditas. Nam frigidū agens in humidum
est causa albedinis. Secundum accidēs ꝙ
nix quādoꝗ cadit p paruas partes ⁊ qnꝗ
per magnas. Tertiū accidēs est ꝙ nix au=
get frumēta. nam per suā frigiditatē clau=
dit poros terre. et tunc caliditas existens
ad intra, fortificatur per antiperistasim.
et per consequens frumenta vegetantur.
Quartum accidens ꝙ nix cōseruatur in al
tis mōtibus propter defectū caloris liqfa=
cientis niuem. Sed grando sic generatur.
Nam per calorē solis eleuatur ab istis inferioribus vapor calidus et humidus vsꝗ ad
mediā regionem aeris vbi propter frigidi
tatem medie regionis conuertitur in nu=
bem: et nubes in aquam descendentē. per

guttulas que gutte infrigidantur per an
tiperistasim propter infimam regionem ae
ris calidã intantũ ꝙ congelantur. et tãto
illa cõgelatio fit prope terrã tanto fit ma=
gis subito et grãdines fiũt maiores. Unde
dicit Aristoteles ꝙ grandines magis fiũt
in vere et autũno ꝙ̃ in estate et hyeme. Nã
in vere et autumno est maior abundantia
vapoꝝ ꝙ̃ i estate vel hyeme. de hyeme pa=
tet. quia in hyeme non est sufficiens calor
per quem vapores eleuẽtur sursum. et simi
liter media regio non est tã frigida in hye
me sicut in vere et autumno: et adhuc ma=
gis fiunt in estate ꝙ̃ in hyeme. Nam i esta
te est calor sufficiens ad eleuandum vapo
res et media regio aeris est magis frigida
propter antiperistasim in estate ꝙ̃ in hye
me. Unde aliqua accidentia grandinis so
lent assignari. Primum est ꝙ grãdo descẽ=
dit per globos duros ad modum cristalli.
Secundum accidens est ꝙ grando mortifi
cat vegetabilia propter eius vehementem
frigiditatem. Tertium est ꝙ tempore gene
rationis grandinis audiuntur magni so=
ni. et hoc propter exhalationes existentes
in nube grandinosa que exhalationes pe
tentes exitum mouentur per nubem: et eã
frangunt: et ex illa fractione causatur ta
lis sonus. Quartum accidẽs est ꝙ aliquã=
do cum grandine cadit pluuia: et hoc quã
do in infima regione aeris est parua anti
peristasis. nam tunc omnes gutte pluuie
non possũt congelari. Quintum est ꝙ grã=
do aliquãdo est triangularis figure: et hoc
quãdo generatur prope terram: et aliquã
do est circularis figure: et hoc quando ge=
neratur remotius a terra. Sextũ accidens
est ꝙ in grandinibus aliquando apparẽt
imagines animalium. et hoc fit propter
constellationem tunc vigentem que est fi=
guratiua animalium. ¶ Conclusio respon
siua. pluuia et ros: pruina: nix: et grando
sunt impressiones aquose que generantur
in aere. ista conclusio patet ex dictis. ¶ Et
ad rationes ante oppositum. ¶ Ad primã
conceditur maior et negatur minor. et ad
probationem eius distinguitur. vel ꝙ im=
pressiones ignite in ea generantur per ac
cidens: et sic conceditur: vel per se: et sic ne
gatur. Unde non est inconueniens ꝙ effect⁹
specie differentes gñentur in eodẽ loco a
diuersis causis tñ per se. ¶ Ad scd̃am cõce=
ditur maior et distiguit̃ minor. vel loc⁹ gña
tionis proprie dicte: et sic ꝯcedit̃. vel large
sũpte: ⁊ negat̃ ꝙ solũ i superficie terre sit lo
cus generationis aque. Nam i pluuiã nõ
est proprie gñatio. ¶ Ad tertiã distiguit̃, vel

qñ illi mõtes protendũtur vsqȝ ad mediã re
gionẽ aeris: et sic ꝯcedit̃: vel qñ nõ: et sic ne
gat̃: et negat̃ ꝯñ. ¶ Ad quartã negatur
añs: et ad probationẽ eius cõceditur añs
et negatur ꝯña. qr in rore non est sufficiẽs
calor: et sufficiens leuitas ad ascendẽdum
vsqȝ ad mediam regionem aeris. ¶ Ad quĩ
tam conceditur añs et negatur ꝯña. qr hoc
est eo ꝙ nubes secũ eleuauit subtiles vapo
res ex quibus generatur ros. ¶ Ad sextam
cõceditur añs ⁊ negatur ꝯña. quia non est
simile. Nam dum materia niuis ascendit
habet multum de calido et de leuitate. nõ
autem materia roris: ideo non est simile.

Queritur quadragesimoscd̃o vtrum fõ=
tes generentur ex aere incluso i visce
ribus terre. Et arguitur ꝙ non: et hoc sic.
fontes generantur ex aqua pluuiali: ergo
non ex aere. añs probatur. q: fõtes sũt ma
iores tempore pluuioso quã alio tempore.
¶ Secundo arguitur sic. aliqui fontes defi
ciunt tempore sicco: ergo signum est ꝙ non
generantur in visceribus terre ex aere.
¶ Tertio arguitur sic. multitudo aquarũ
alicubi recipitur et non videtur vbi nisi in
terra: ergo signum est ꝙ fontes veniunt ex
illa multitudine aquarum. ¶ Quarto ar=
guitur sic. terra est naturaliter sicca: ergo
non generat fontes. ¶ Quinto arguitur
sic. aque fluuiorum non sunt naturaliter
intra terram: ergo nec aque fontiũ. ¶ Sex
to arguitur sic. aer non est in concauitati
bus terre: ergo ex eo non generatur fons.
antecedens probatur. quia locus aeris nõ
est concauitas terre: ergo ibi non est aer.
¶ Septimo arguitur sic. aqua fontium se
pe sursum mouetur: ergo non generatur in
concauitatibus terre. ¶ Octauo arguitur
sic. si aque fontium generarentur ex aere:
sequeretur ꝙ tandem totus aer corrumpe=
retur: quod est inconueniens: ergo fontes
non generantur ex aere in concauitatib⁹
terre. ¶ In oppositum arguitur per experi
entiam. Nam experimur aerem in conca=
uitatibus terre conuerti in aquam: ergo fõ
tes generantur ex aere in concauitatibus
terre. ¶ Pro solutione questionis notandũ
est primo ꝙ triplices sunt aque i terra: sci=
licet aque fõtales: aque fluuiales: et aque
stagnales. Unde aque fontales sic gene=
rantur. Nã in concauitatibus terre inclu
ditur aer qui valde infrigidatur a terra q̃
in illis cõcauitatibus est multum frigida:
⁊ tandẽ ille aer conuertitur in aquam que
fluit. Unde tanto concauitas est maior tã
to magis de aere cõuertit in aquam. ꝙ au
tem ita sit probatur. quia raro videm⁹ ma

gnos fontes oriri in terra plana: eo ꝙ ibi
non sunt magne cōcauitates: sed in locis
montuosis sepe reperiuntur magni fōtes.
nam terra montuosa est multum caverno
sa: et in illis cavernis includitur aer mul
tus qui convertitur in aquam: propter qđ
et i gaballitano que est terra multum mō
tuosa reperiuntur multi fontes: et valde
ameni: qui scaturiunt in radicibus monti
um. vnde et multi fluvij insignes oriuntur
in illa terra: scilicet tarnus et oltus qui ca
dunt in garinā elauer et gardonis: et mul
ti alij. Sed aque fluviales sunt aque fluen
tes que congregantur ex multis aquis fō
tium: et sunt multi fluvij. Unde imaginā
dum est ꝙ terra habitabilis nobis cogni
ta prima sui divisione dividit in duas par
tes: scilicet in asiam magnam ⁊ europam.
Et europa dividitur in duas partes: scili
cet in africam que vergit ad meridiem: et i
europam que vergit ad septētrionem. Uñ
insignes fluvij asie noti per vniversum or
bem sunt quinqȝ: scilicet ganges qui fluit
per indiam. et est valde magnus et longo
tractu decurrit ⁊ iuxta ipsum reperitur au
rum purissimū et gemme multe et appella
tur hebraice physon. Secūdus fluvius asie
est nilus dans egipto magnam fertilita
tem et divitias: et dicitur hebraice geon.
Tertius fluvius isignis asie est tigris qui
fluit velociter. ideo propter hoc dict⁹ est ti
gris. Nam medi sagittam tigrim vocant:
et cum ille fluvius velocissime fluat dictus
est tigris. et defluit per mediam i assirios.
Quartus fluvius insignis asie ē eufrates
qui separat capadociā ab armenia ⁊ post
longo tractu per mesopotomiam defluit i
babiloniam. et post longo tractu in ma
re trogloditarum. Unde iste videtur esse lō
gior fluvius qui fluat super terram. Quin
tus fluvius insignis asie dicitur esse indus
a quo dicta est illa magna plaga terre in
dia multa regna continens. vnde i istum
fluvium fluunt decemnovem magni fluvij
oritur enim indus in caucaso: et fluit con
tra ortum solis. quod raro reperitur in ali
is. Sed fluvij insignes europe (que quo ad
hominum dignitatem est nobilior omni
bus alijs) sunt multi. vnus est tanays val
de magn⁹ fluvius qui dividit europam ab
asia. Secundus est dyaboristenes fluvius
insignis scithie. Tertius ē danubius qui
et hister dictus est: vnde danubius oritur
in retijs montibus germanorum: et divi
dit germaniam a pavonia: et post longo
tractu per multa hostia defluit in pōtum.
Quartus insignis fluvius europe est roda
nus: qui oritur in montibus helvetiorum:
et defluit per alobroges qui dicuntur sa
baudie. delphinates in narbonensē pro
vinciam: et iuxta massiliam intrat mare.
Unde super nullo flumio defluēti tam par
vo tractu fundantur tam insignes civita
tes: et tam insignia oppida sicut super ro
dano. ¶ Quintus insignis fluvius europe
est rhenus qui circa rhetios montes oritur
et separat germaniam a gallia: et deflu
it in septentrionem. ¶ Sextus insignis flu
vius europe est eridanus qui padus dicit.
qui defluit per italiam. ¶ Septimus insi
gnis fluvius europe est secana valde no
tus propter insignem vrbem parisiorum:
i qua est maius gymnasium omnium chri
stianorum. ¶ Octavus est tibris iuxta quē
sita est roma omnium gentium domina.
¶ Nonus fluvius est liger qui in montib⁹
velannorum oritur: ⁊ longo tractu per gal
liam defluit i mare britannicum. ¶ Deci
mus insignis fluvius est garinia tholosa
num vrbem alluens: et longo tractu in bur
dagallum mare influit. ¶ Undecimus flu
vius insignis europe est celtiber fluvi⁹ ma
gnus hyspanie a quo dicta est celtiberia.
Sed in africa pauca sunt flumina fama
ta per orbem. Sed aque stagnales dicun
tur aque que non defluunt vel parum. sicut
sunt aque paludose et stagna que multa
sunt. ¶ Secundo notandum est ꝙ aque fō
tium et fluviorum attrahunt aliquas pro
prietates a terris per quas fluunt: et eti
am ab astris et alijs influentijs celi: ita vt
in ipsis multum appareat virtus divina.
Unde sicut refert plinius in dodone iovis
fons est qui faces inflammatas extinguit:
et tamen si quis apponat faces extinctas
inflammantur: forte per antiperistasim.
Nam sicut dicit beatus Augustinus vigesi
mo primo de civitate. nō de omnibus istis
possumus dare rationem. Unde similē fon
tem beatus Augustinus dicit esse in gallia
iuxta gracinopolim. Similiter refert pli
nius ꝙ in illirico est quidam fons in quo
vestes expanse incenduntur: licet aqua sit
frigida. Unde et refert de quodam alio fō
te qui est apud garamantas populos ex
treme africe qui de die est tam frigidus:
vt non possit bibi, et de nocte est tam cali
dus vt non possit tangi. Et quidam alius
fons est in cicilia in agrigentinensi agro
qui gignit salem qui appositus igni lique
fit: apposit⁹ aque crepitat. Dicitur etiam
esse fons in arabia trogloditum: qui fons
solis olim appellabatur. qui ante meridi
em est dulcis: et post meridiem est multum

frigidus. ꝛ in vespere tepescit. et in media
nocte feruore ꝛ amaritudine infestat. Un=
de ꝛ aliud mirabile est de quodā fluuio qui
est in falisco. Nā si boues potent ex illo flu
uio efficiuntur albi. Et in boetia est fluui⁹
qui facit oues potātes ex eo nigras. ꝛ ali
us qui fluit ex eodē lacu facit eas albas. ꝛ
in phrigia iuxta troiam est qdā fluui⁹ qui
dicitur xantus: q̄ facit oues potātes ex eo
ruffas. Et in regione que dr̄ licesis est qui=
dā fons qui hȝ odorē vini. ꝛ facit potātes
ex eo temulentos. Fertur etiā esse in phri=
gia quidā fluuius qui appellat̄ gallus q̄
potantes ex eo insanire facit. Uñ est ꝛ qui=
dā alius fluuius in archadia qui dr̄ stix. cu
ius aqua in colore et odore non differt ab
alijs. et tñ potata subito necat. Uñ sunt et
alij fontes ꝛ fluuij habētes mirabiles pro
prietates de quib⁹ ꝓprietatib⁹ difficile ē
assignare ratione. Sed et lacus ꝛ paludes
mirabiles habent ꝓprietates. nā est i gal
lia quidam magnus lacus iuxta heluetios
qui lenmanū dr̄. p cuius medium rodanus
trāsit: et tñ aqua rodani et illius lacus nō
miscentur inter se Est ꝛ in asia lacus sima
nius qui inficitur ab absinthio q̄d iuxta cre
scit. Sed mirabilius refert iosephus de al
phatice lacu existente iuxta iudeā q̄ lacus
dicitur lacus gomorre et sodome. propter
destructas ciuitates q̄ iuxta olim erant. et
vbi est nunc lacus erat vallis amenissima
vt habetur genesis. xix. sed et ciuitates que
quinqȝ erāt: et vallē destruxit deus ꝓpter
impietatē hoim illarū ciuitatū. Uñ refert
ioseph⁹ libro q̄nto capl'o nono de bello iu
daico: q̄ alphatites est lacus sterilis. ꝛ cor
pora grauia que in eū iaciūt natāt. Unde
nec quis demergi etiam de industria pōt.
vnde vt dicit terra que est in circuitu in di=
es colorem mutat ꝛ variata solis radijs re
splēdet: ꝛ in multꝫ locis gignit bituminis
glebas que natant ꝑ stagnū. et assimilan
tur tauris sine capitibus. Unde iste lacus
est iuxta terram illarum quinqȝ ciuitatum
ibi destructarum: et adhuc cernuntur ima=
gines quinqȝ ciuitatū ꝛ ibi crescunt poma
valde pulchra ad extra similiam lilio. sed dū
franguntur euanescunt in cineres ꝛ fumū
Unde sunt ꝛ alij lacus habentes naturas
mirabiles. nam in quibusdam lignum cō
uertitur in lapidem: et in quibusdam con=
uertitur in ferrum vt patet in hystorijs di
uersarum gentium. ¶ Conclusio re
sponsiua fontes generantur ex aere inclu
so in concauitatib⁹ terre. ista conclusio pa
tet ex dictis. Et ad rationes āte oppositū.
¶ Ad primam negatur antecedens et ad
probationem conceditur antecedens. ꝛ ne
gatur consequentia. quia licet aqua plu=
uialis augmentet fontes aliquos: tamen
ex hoc non sequitur q̄ generentur ex plu=
uia. Nam probatum est maximam pluuiā
vt dicit Aristoteles non intrasse terram vl
tra decem pedes. ¶ Ad secundam negatur
antecedens. et hoc loquendo de veris fon
tibus. ¶ Ad tertiam conceditur maior ꝛ ne
gatur minor q: aque q̄ generantur in ter
ra fluunt ad mare. ¶ Ad quartam concedi
tur antecedens et negatur consequentia.
quia etiam est multum frigida in concaui=
tatibus per antiperistalim. ¶ Ad quintā
conceditur antecedens vt in pluribus ali
quando tamen contingit q̄ fluuij intrant
terram et post exeunt vt facit tigris in me
dia regione et multi alii in multis alijs lo
cis. ¶ Ad sextam negatur antecedēs. ꝛ ad
probationē dicitur q̄ licet locus aeris na
turalis non sit ibi descendit tamen ad il=
la loca ad saluandum vacuum. ¶ Ad septi
mam cōceditur antecedens ꝛ negatur cō=
sequentia. quia natura eius est ascendere
vsqȝ ad equalitatē sue originis ꝛ nō vltra.
¶ Ad octauam negatur consequentia. q:
sicut multum de aere conuertitur in aquā
ita etiam per calorem solis extra terram
multum de terra et aqua conuertitur i ae=
rem et de alijs elementis.

Queritur quadragesimo tertio. vtrum
mare aliqñ fuerit vbi nunc est terra
sicca? Et arguitur q̄ non ꝛ hoc sic mare est
i suo loco naturali. ergo nō mouet̄ ad aliū
locū. ḡ mare non fuit aliqñ vbi nunc ē ter
ra sicca. ¶ Scd̄o sic. si ita esset sequeretur
q̄ possibile esset per naturā fieri vniuersa=
le diluuiū. consequens est falsum. q: multi
sunt montes qui sunt altiores q̄ sit mare
¶ Tertio sic. necesse est mare locari in ꝑte
decliuiori: ergo nō mouetur ad occupādas
alias ꝑtes. ¶ In oppositū arguit q: mul
te insule. et multe alie terre olim erant dis
coꝑte que nunc sunt cooperte mari. ḡ ma
re migrat de loco in locū. ¶ Pro solutione
questionis notandum est primo q̄ mare est
elementū locatū suꝑ vna parte terre ꝛ nō
suꝑ alia ꝓpter salutē viuētiū. Unde deus
constituit mari locū in illa ꝑte terre taliter
q̄ nō posset ex sua natura occupare totam
terrā sicut hēt̄ in psalmo. ciij. terminū
posuisti quē non transgredientur: neqȝ cō
uertentur opire terrā. Unde lꝫ sint multa
maria mediterranea nō tñ est nisi vnū ma
re appellatum oceanus. ꝛ istud mare occu
pat mediā partē terre: ꝛ suꝑ illam partem
fluit ꝛ refluit bis in die. Unde iste fluxus

vt dicit Aristoteles causatur a luna que
habet virtutem sup corpora humida. Nā
experiētia docet ꝙ ossa animaliū sunt ma
gis plena medullis in plenilunio ꝗ extra
plenilunium. ⁊ similiter conche ⁊ ostree sunt
magis plene tūc ꝗ alio tēpore: ergo signū
est ꝙ luna habet virtutē sup corpora humi
da. vnde qñ luna ascendit sup orizontē vbi
est mare: tunc mare incipit fluere quousqꝫ
luna venit ad punctum meridiei. ⁊ postꝗ
luna est in puncto meridiei. mare incipit
refluere quousqꝫ luna venit ad punctum oc
cidentis ⁊ quādo luna recedit a pūcto occi
dentis mare fluit quousqꝫ luna veniat ad
angulū noctis qui est oppositus pūcto me
ridiei. ⁊ qñ luna declinat ab āgulo noctis.
iterum mare refluit quousqꝫ luna venit ad
punctū orientis. ⁊ rō est: qꝛ cum luna respi
cit mare emittit radios q̄ occurrentes me
dio densiori franguntur: ⁊ scdm ꝙ radius
fractus accedit magis ad perpendicularē
magis vniūtur ⁊ fortificātur ⁊ calefaciūt
aquā maris. et aqua sic calefacta ebulit: et
vndiqꝫ refluit. et hoc luna facit tanto ma
gis accedit ad punctum meridiei. ⁊ ad an
gulum noctis Alia vero maria non fluunt
et rñ fluunt nisi ad fluxū oceani aliquantu
lum. Unde sicut dicit Aristote. aliquod est
mare quod propter sui densitatē non fluit
nisi semel in mense. ¶ Secundo notan
dum ꝙ salsedo maris sic causatur. Et pri
mo supponitur ꝙ duplex est fumus Nam
quidam est calidus ⁊ humidus ⁊ quidā ca
lidus ⁊ siccus siccitate terrestri. ¶ Secūdo
supponitur ꝙ siccū terrestre passum a cali
do permixtum humido aqueo causat salse
dinē. eo ꝙ siccum terrestre non est totaliter
digestum a calido: sed est adustū supra hu
midum vnde causatur salsedo. Unde istud
ostendit Aristoteles quattuor experimen
tis. Primum est qd in stomacho manet fa
cta digestione est salsū. Scdm est de vrina
que dicitur salsa. Tertiū est de sudore et de
aqua colata per cineres. Unde istis suppo
sitis sic causatur salsedo maris. nā per ca
lorem solis eleuantur fumi calidi et sicci
grossi et terrestres qui descendunt in mare
et permiscētur cum humido aqueo. ⁊ ex il
la permixtione cātur salsedo maris. Unde
tanto maiores et grossiores fumi calidi et
sicci cadunt in mare. tanto mare est salsius.
et hec est causa quare mare versus austrum
est salsius ꝗ versus septētrionē. Et hec est
causa quare maria meridionalia pondero
siora onera portare possūt ꝗ maria septē
trionalia: et ꝗ fluuii. Nam maria me
ridionalia sunt grossiora. eo ꝙ recipiunt

maiores et plures terrestreitates. Aqua
vero fluuialis est subtilis: et non potest
ferre tā magna pondera. ¶ Tertio notan
dum est ꝙ tanto mare est magis prope ter
ram: tanto est salsius. Nam vt plinius tra
dit in alto mari nō pluit: ergo si ita est nō
videtur maior ratio quare magis exhala
tiones calide sicce eleuantur circa mediū
oceani ꝗ exhalationes calide ⁊ humide:
sed si mare est salsius circa eius medium:
hoc est propter fluxum et refluxum qui flu
xus defert aquam salsam ad illa loca.
Nec tamen mare oceanum vbiqꝫ et secun
dum omnes suas partes fluit ⁊ refluit.
Nam vt refert plinius in septentrione est
quedam insula que dicitur tyle in qua nō
est nisi vnus dies et vna nox in anno. et vl
tra illam insulam ad sex dietas nauigati
onis mare est perpetuo congelatum: ergo
ibi non fluit et refluit. ¶ Quarto notan
dum ꝙ vt prius dictum est alique partes
terre descendunt. et sic mare incipit fluere
super ipsas. et tandem permanet: ⁊ sic ter
ra que fuit discooperta efficitur cooperta
aquis. probatur. Nam iuxta archadiam
erat regnum quod appellabatur sicionio
rum regnum et tamen nunc est coopertum
aquis. Similiter cesar refert fuisse insu
las in gallia belgica que tandem coopere
bantur aquis. Unde et plinius dicit mare
iuxta meotin quod est stagnum ingens in
scythia. abstulisse multas vrbes et multa
oppida. Referūt et galli belge circa hollā
diam mare multos pagos occupasse ⁊ mł
tas ecclesias quarum edificia cernuntur
adhuc a nauigantibus. vnde multa alia i
multis alijs locis mare absorbuit. Unde
fertur herculem posuisse in occidēte vnam
columnam in fine terre. et aliam in oriēte
in fine terre. Et illa que est in occidente
multum nūc distat a mari. ⁊ illa que est ī
oriente a longo tēpore est cooperta aquis.
ergo signum est ꝙ terra cooperta aliquan
do discooperitur. ⁊ discooperta cooperitur
¶ Cōclusio responsiua aliqua pars terre q̄
erat discooperta aquis nūc est cooperta: ⁊
econuerso. ¶ Et ad rationes ante opposi
tum. ¶ Ad primam cōceditur antecedēs et
negatur cōsequentia. nā quanto superfici
es terre est magis decliuis tāto. aq̄ magis
tēdit ad illū locū tāꝗ sibi magis naturalē
¶ Ad secundam negatur consequentia.
¶ Ad terciam conceditur antecedens ⁊ ne
gatur cōsequentia. quādo aliqua pars ter
re aliquādo efficit decliuior ꝗ erat ⁊ ideo
mare fluit ad illam partem.

QUeritur quadragesimo quarto: vtrū mare generet mōtes? Et arguitur ꝙ non: quia aliqui montes sunt perpetui: ergo mare non generat montes. ¶ Secundo arguitur sic. influentie celi continue generant saxa: et lapides intra montes sustentantes terram: ergo montes non generantur per mare. ¶ In oppositū arguitur. mare et fluuij intrantes mare continue cōgregant magnas terrestreitates: ergo signū est ꝙ mare generat montes. ¶ Pro solutione q̄stionis notādū est ꝙ naturales dicūt ꝙ tripliciter generant montes. Primo modo per fluxū maris ⁊ aliaꝝ aquaꝝ ipetuosaꝝ. Nā flumina magna crescentia per pluuias magnas: ferunt multum de terra ad mare: et tandem per fluxum maris illa terra simul congregatur: et aqua propter tumorem terre defluit ad alia loca: et apparet mons. Secundo modo generantur mōtes per ventum. nam ventus terram siccā et pulueres mouet: et congregat in vnum. sicut contingit de nimbus: et hoc sepe contingit in deserto sinay: et in libia. sed illi montes sunt parui. Tertio modo generātur montes per motum terre. Nam terra ē multum cauernosa: ⁊ per motum terre ille partes descendunt: ⁊ alie que sunt solidiores manent. et sic generatur mons. ¶ Secundo notandum est ꝙ nō est verisimile ꝙ omnes montes sunt geniti aliquo illorum trium modorum Nam dubium est michi si erant mōtes ante diluuiū magni cū dicat sacra scriptura ꝙ decio mense apparuerūt cacumina montium: sed forte illi montes fuerūt facti per diluuiū. Unde si nulli erāt mōtes ante diluuium: dicendum est ꝙ montes tam magni facti sūt per diluuium: ita ꝙ aqua depressit terram subtilem mouēdo eam ad fluxum eius: et terra petrosa et dura mansit: et sic facti sunt montes sicut in multis locis gaballitani terra est multum petrosa: ⁊ mare fecit canalia in diluuio: et secum ad loca infima deuexit bonam terram: et dimisit montuosam et sterilem Unde insignes montes multi sunt. et quia cognomen nostrum ex monte sumptum est: nō erit incongruum dicere qui montes sūt insignes: saltem de aliquibus. Unde caucasus insignis mons asie est: ⁊ valde longus. Nam longitudo eius fere durat per octoginta miliaria. Unde iste mōs diuidit indiam a sithia: et porrigitur fere vsq̄ ad montes ripheos: et vbi est altissimus dicitur caucasus quasi perpetua niue candēs. Et postea longo tractu dicitur taurus. et postea longo tractu dicitur ymaus. Libanus insignis mons phenicis regionis est i quo abundant cedri. Casius mons isignis iuxta anthiochiam. Synai insignis mōs arabie est. Ryphei montes insignes in scithia: et semper candentes niuibus. Mōs athlantis insignis in lybia. Alpes mōtes insignes gallie diuidentes ab italia galliam et germaniam. Est et in gallia mons sancti claudij qui olim dictus est iura: ⁊ est gebena. Sunt et in auuernia insignes mōtes scilicet aureus dumō cauthalꝰ: et multi alij: In gaballicano etiam sunt multi: scilicet mōs sancti albani habēs in circuitu eius amenissimos agros. et mons dorsi azimi et complures alij. nam et tota regio multum montuosa est et in prouincia mōs ventosus valde altus. Sūt et in gallia insignes montes pyrenei qui galliā ab hyspania diuidunt. Sed ⁊ in grecia sunt multi montes: vt olipus i macedonia cuiꝰ verticē greci mētiti sūt ascendere vsq̄ ad supremam regionem aeris Cum tamen franciscus philelphus vir eloquens expertus fuerit in estate esse niues in eius summitate. Est et silene mons archadie multum altꝰ. et pernasus in thessalia. Sūt et multi alij magni montes in varijs regionibus mundi de quibus esset nimis longum enarrare quos non credo esse factos per fluxum maris nec per motum: sed potius semper fuisse a creatione mūdi siue esse factos per magnum diluuium tempore noe: et opinor ꝙ multi durabunt vsq̄ ad incendium generale: quod diem iudicij precedet. ¶ Istis notatis ponitur conclusio. aliqui montes generantur per fluxum aquarum. ¶ Secunda conclusio. aliqui parui mōtes generātur ꝑ ventum. ¶ Tertia cōclusio. aliqui montes generantur per motum terre. ¶ Quarta conclusio. non omnes montes sunt geniti illis tribus modis. iste conclusiones patēt ex dictis. Et ad rationes ante oppositum ¶ Ad primam conceditur totum argumentum. Ad secundam dicitur similiter.

QUeritur quadragesimo quinto vtrum vētus sit exhalatio calida et sicca lateraliter mota? Et arguitur ꝙ non: ⁊ hoc sic: exhalatio calida et sicca mouetur sursum et non lateraliter: ergo ventus lateraliter motus non est talis exhalatio. ¶ Secundo arguitur sic. si vētus esset exhalatio calida et sicca: sequeret ꝙ tēpore quo venti

flant vigeret magna caliditas. quod tamē
est falsum: cū cōtrariū experiamur. ¶ Ter=
tio arguitur sic. sequeretur ꝙ i estate flarēt
plures venti ꝗ̄ in hyeme et aliis tempo=
ribus. probatur. quia estas est magis sicca
ꝗ̄ alia tempora. ¶ Quarto arguitur sic. se
queretur ꝙ plures venti deberēt flare ab
oriente et meridie ꝗ̄ ab aliis ptibus mū=
di: sed hoc est contra experientiam: ergo vē
tus non est talis exhalatio. ¶ Quinto ar=
guitur sic. si ventus esset talis exhalatio se
queretur ꝙ deberet descendere per particu
las sicut pluuia: quod est contra experien=
tiam. ¶ Sexto arguitur sic. boreas percipi
tur frigidus: ergo non omnis ventus est ex
halatio calida et sicca. ¶ Septimo argui=
tur sic. ventus magna edificia prosternit:
quod non faceret si esset exhalatio. proba=
tur. quia exhalationes sunt facile diuisibi
les. ¶ Octauo arguitur sic. exhalatio cali=
da et sicca est facile inflammabilis: ergo si
ventus esset talis exhalatio facile deberet
inflammari. ¶ Nono arguitur sic. ventus
meridionalis dicitur humidus et calidus:
et orientalis ventus dicitur calidus et sic
cus: ergo non omnis ventus est exhalatio
calida et sicca. ¶ Decimo arguitur sic. va
por humidus frigefactus cito cōdensatur
et conuertitur in aquam: ergo etiam ven=
tus si est exhalatio calida et sicca debet cō
uerti i terram. ¶ In oppositum arguitur.
ventus est aliquis fumus et non est fumus
humidus et calidus: ergo est fumus calid⁹
et siccus talis est exhalatio calida et sicca.
¶ Pro solutione questionis notandum est
primo ꝙ ventus est exhalatio calida et sic
ca mota vsq; ad mediam regionem aeris:
et ibi repercussa a frigiditate medie regio=
nis aeris que descendēs deorsum repercu
titur a terra et incipit lateraliter moueri.
Unde ventus sic generatur. Nam per ca=
lorem solis et aliorum astrorum eleuatur
exhalatio calida et sicca non facile inflā=
mabilis: vsq; ad mediam regionem aeris
que a frigiditate medie regionis aeris re=
percutitur vers⁹ terram que repercussa mo
uetur lateraliter. et postꝗ̄ sic mouetur de=
nominatur ventus. ¶ Secūdo notandum
est ꝙ pluuia aliquando est causa cessatio
nis ventorum. Nam quando ventus flat
pluuia cadens reperit ipsum in aere et cū
ventus sit calidus et siccus et pluuia sit hu
mida destruit siccitatem ad quam sequitur
destructio exhalationis que est ventus: et
ideo hec est causa quare sepe flat magnus
vētus dum pluuia aduentat. Nam tūc vē
tus fortificatur ad resistendum suo contra

rio. Et est aliquando pluuia causa vento
rum. Nam aliquando terra est multum sic
ca et nō potest fumare nec emittere fumos
nō facile iflammabiles: sed postꝗ̄ pluuia
est eleuata a fluminibus et mari humectat
terram et sol facit terram fumare et eleuat
exhalationem calidam et siccam et fit ven
tus. Unde in estate raro ventus flat: eo ꝙ
terra est nimis sicca et ventus nō potest ge
nerari. sed in vere et in autumno sunt mul
ti venti: eo ꝙ terra est bene disposita ad fu
mandum: et in autumno vēti multum flāt
de die et cessāt de nocte. Nam dum sol ori=
tur reperit terram dispositam et facit eam
fumare et sic fit magnus vētus: sed postꝗ̄
sol occidit, aduentat sufficiens frigiditas
noctis que destruit caliditatem venti. et sic
destruitur ventus. et ideo in autumno dies
infestantur a vento et noctes sunt tranqͥl
le. vnde istam proprietatem habet ventus
quia tanto magis recedit a loco sue origi=
nis tanto est fortior. Nam continue addi
tur noua exhalatio que facit ipsum fortio=
rem. et ideo boreas est fortior in partibus
meridionalibus ꝗ̄ in partibus septentri
onalibus. Et auster est fortior in partibus
septentrionalibus ꝗ̄ in partibus meridi
onalibus. ¶ Tertio notādum est ꝙ ad sciē
dum quot sunt genera ventorum: et qui vē
ti sunt contrarii: imaginādum est sicut do=
cet Aristoteles ꝙ est quidam circulus q̄ di
citur orizon diuidens partem celi visam a
non visa: sic ꝙ ille circulus imaginatus in
superficie terre diuidit celum in duas par
tes equales. ¶ Secundo oportet suppone=
re ꝙ illa sunt contraria secundum locum q̄
maxime distant secundum lineam rectam
breuissimam. Istis suppositis signetur vnū
punctum i oriente: et sit oriens equinoctia
le: et sit b. deinde signetur aliud punctum:
scilicet oriēs estiuale: et sit a. deinde signe
tur aliud: scilicet oriēs hyemale: et sit c. quo
facto in parte occidentis que est ei opposi
ta. signentur tria puncta opposita illis et
sit primum e. quod est occidens equinoctia
le: et sit secundum d. quod est occidens esti=
uale. Et sit tertium f. quod est occidēs hye
male. Et postea in septentrione signētur
tria puncta quorum vnum est g. et aliud h.
et aliud i. deinde versus meridiem signen=
tur alia tria pūcta opposita illis quorum
vnum sit l. aliud k. et aliud m. Unde oriēs
equinoctiale, dicitur pūctus orientis i: quo
oritur sol i equinoctio. Ubi equinoctiū dicit
tempus in quo dies artificiales sunt equa
les noctibus. et occidens equinoctiale cō
formiter. et hec accidit quando sol est in

arietie et libra. Et oriens estiuale dicitur punctus in quo sol oritur in estate. Et occidens estiuale in quo occadit. Et oriens hyemale dicitur punctus in quo sol oritur in solsticio hyemali: scz dum sol est in capricorno. Et occidens hyemale dicitur punct⁹ in quo tunc sol occidit. ¶ Istis suppositis dicitur q̄ duodecim sūt venti qui flant a duodecim punctis signatis. Unde ventus qui flat ab oriente eq̄noctiali dicit̄ subsolanus quē greci apeliotes vocant. et ventus qui flat ab oriente estiuali puta a puncto a. vocatur vulturnus: quē greci cecias vocant. et ventus qui flat ab oriente hyemali puta a puncto. c. dicitur eurus. Sed ventus q̄ flat ab occidente estiuali scilicet a puncto. e. dicet̄ fauonius quē greci zephirū vocant sed ventus qui flat ab occidente estiuali a pūcto. d. dicit̄ affric⁹ auster. ꝛ vētus q̄ flat ab occidente hyemali a pūcto. f. dicit̄ chorus. Sz in septētrione ille q̄ flat a puncto. h. dr̄ boreas et ille qui flat a puncto. g. dr̄ aquilo. et ille qui flat a puncto. i. dicit̄ circius. Sed in meridie ille qui flat a puncto l. dicitur auster. et ille qui flat a puncto. k. dicitur eurus auster. et ille q̄ flat a puncto m. dicit̄ eurus affric⁹. et sic patet q̄ sūt tot venti quot sūt signa zodiaci q̄ tn̄ possunt reduci ad quatuor ventos p̄ncipales conformiter ad q̄ttuor ptes p̄ncipales mundi. ¶ Quarto notādū est q̄ aliq̄ sūt partiales vēti q̄ solū flant in vna regione: vt in prouincia narbonēsi est quidā ventus q̄ solum flat in illa ꝓuincia. ita q̄ sicut plinius dicit nō extendit̄ nisi vsq̄ ad viennā: et illū ventū appellat plinius circiū qui nunc ab incolis prouincie narbonensis dicitur terraldus: eo q̄ eleuat terrā: ꝛ est valde fortis ita vt aliq̄n hominem de equo pellat in terram et multum flat in agro limensi et in agro nemansensi. ¶ Istis notatis ponitur conclusio. Uētus non est aer motus vt false opinati sunt aliq̄. ꝓbatur ista conclusio. q2 illa differūt substātialiter q̄ differunt inaccidentibus naturalib⁹ et ꝓpriis. sed aere vētus sūt h̄mōi: ḡ differūt substantialiter. minor ꝓbatur. q2 aer ex sua natura est calidus et humid⁹. ꝛ vētus ex sua natura est calidus ꝛ siccus: licet aliq̄n adducat aerem frigidū: ergo differūt substātialit̄: ḡ vētus nō est aer. Scd̄o ꝓbatur sic ista conclusio. si ventus esset aer nō videtur a quo moueret̄ lateraliter sicut ventus mouet̄. nā non est dicēdū q̄ moueat̄ sicut fluuii mouentur. nam nō oritur in vno loco sicut fluuius: Nec est dicendum q̄ aer mouet̄ circulariter ad motum celi. nam nō pōt illo modo moueri in ista infima regione aeris propter montes et sic inter montes non essent venti q̄d est manifeste falsū. Similiter seq̄retur q̄ nunq̄ cessaret ventus q̄d est contra experientiā. ꝓbat̄ ꝯña. q2 nunq̄ cessat motus celi ergo nec aer cessat moueri ad motū eius ergo aer motus non est ventus: ergo ꝯclusio vera. ¶ Scd̄a cōclusio ventus est exhalatio calida et sicca non facile inflammabilis lateraliter mota propter repcussionem frigiditatis medie regionis aeris. ista cōclusio patet ex dictis in notabilibus. Et ad rationes añ oppositū. ¶ Ad p̄mam cōceditur q̄ mouetur sursū. et negat̄ q̄ non mouetur lateraliter: sed hoc est ꝓpter extrinsecum: scz ꝓpter frigiditatē medie regiōis aeris que repercutit illam exhalationem. ¶ Ad secundam negat̄ ꝯña. q2 dū tempus est multum calidū exhalationes sunt consumpte. ¶ Ad terciā negatur ꝯña. ꝛ ad ꝓbationem cōceditur añs. ꝛ negatur ꝯña propter causam dictā. ¶ Ad quartā negatur ꝯña quia in illis regionibus terra paucū fumat propter nimiā siccitatē. ¶ Ad quintā conceditur ꝯñtia. et licet non appareat sensu hoc est propter subtilitatē exhalationis. vl' aliter dicitur negādo ꝯñam. q2 illa exhalatio propter eius subtilitatem non diuiditur in tam paruas partes. ¶ Ad sextā cōceditur añs et negatur ꝯsequētia. q2 hoc est per accidens. nā eo q̄ adducit aerē frigidū iudicatur frigidus cum tn̄ sit calidus. q̄d patet q2 aliq̄n vinee cōgelātur in vallibus ꝛ non in montibus siue collib⁹ eo q̄ ventus flat⁹ in collibus est calidus et impedit frigiditatē. Unde boreas dicitur salubris ventus eo q̄ adducit aerē salubrē. et auster dicitur ventus pestiferus eo q̄ adducit a regione meridionali aerē refectum malis fumis ꝛ vaporibus q̄ multū nocent corpori humano dū attrahunt̄ per anhelitū. ¶ Ad septimā ꝯceditur añs et negatur ꝯña. q2 illa exhalatio est magna et fortis. ¶ Ad octauā distinguitur añs vel q̄n ē subtilis et pinguis ꝛ sic cōcedit̄. vel q̄n est terrestris sicca et nō pinguis ꝛ sic negatur. ¶ Ad nonam distinguit̄ añs. vel extrinsece ꝛ sic cōceditur. eo q̄ adducit talē vel talē aerem. vel intrinsece scz ex sua natura et sic negatur. ¶ Ad decimā conceditur añs. et hoc si habet multum de humiditate. et negatur ꝯña. eo q̄ nō est simile cū ista exhalatio nō sit pinguis: verumtamen aliquando ita accidit q̄ ventus inflammatur.

Queritur quadragesimosexto. vtrum motus terre naturaliter sit possibilis: Et arguitur q̄ non et hoc sic. illud non

est possibile naturaliter cuius causa natu
ralis non est possibilis: sed causa natura:
lis motus terre nõ est possibilis: ergo nec
motus terre est possibilis. minor probatur
quia motus terre non potest naturaliter
fieri a principio extrinseco: cum nullum sit
tale ꝑncipiũ naturale extrisecũ quod possꝫ
mouere terram. nec mouetur a principio in
trinseco: quia nullum principium intrinse
cum agitat terram extra suum locum
¶ Secundo arguitur sic. si terra moueretur
sequeretur. ꝙ deberet moueri ab aere: pro:
batur consequẽtia. quia aer includitur in
cauernis terre: ergo ille motus fit ab a:
ere. ¶ Tercio arguitur sic. ille mot⁹
fit ab aqua: ergo non ab exhalatione. an:
tecedens probatur. quia sepe visum est ꝙ
dum terra per illum motum frangebatur
exiuit aqua. ¶ Quarto sic. exhalatio inclu.
sa in visceribus terre potest facile exire: ꝯ
nõ causat motum terre ¶ Quinto arguitur
sic. illa exhalatio nõ mouet ergo non mo:
uet terrã. añs probatur. q2 nõ videt a quo
moueat. ¶ Sexto arguitur sic. terra moue:
tur ab igne: ergo non mouet ab exhalatio
ne. añs ꝓbatur. q2 sepe visum est ignẽ exi:
re post fractionem terre ¶ Septimo argui:
tur sic. exhalatio calida ⁊ sicca est valde for
tis super terram: et tñ non mouet terram
ergo nec ipa existẽs intra terrã mouet ter:
ram. ¶ In oppositũ arguit. cuiuslibet effe
ctus naturalis causa naturalis est possibi
lis sed motus terre est effectus naturalis:
ꝯ eius causa naturalis est possibilis ¶ Pro
solutione questionis Notandum est primo
ꝙ vt dicit Aristoteles in tercio met ;coro:
rum terra ex sua natura est sicca ⁊ per plu:
uias efficitur apta ad fumandum: et tunc
virtute solis et aliorum astrorum generan
tur in concauitatibus terre magne exha:
lationes que petunt exitum per poros ter
re et dum facile tota exhalatio potest exi:
re et ea generatur ventus. Et aliquando
tota detinetur et causat motũ terre: vel a:
liqñ partim exit et partim detinetur: ⁊ tũc
fiũt parui ventus et parui motus terre. Se
cũdo supponit ꝙ corpora subtilia sũt velo:
cissime mobilia. vt aer et exhalationes. nã
facile cedunt. ¶ Istis suppositis dicitur ꝙ
mot⁹ terre sic generatur. Nã in cauernis
terre per calorẽ solis ⁊ alioꝝ astroꝝ gene
ratur exhalatio calida et sicca leuis petẽs
exitum: cum omnia leuia petunt ascendere
et cum non reperiat exitũ mouetur de con
cauitate in concauitatẽ. et aliquando rum
pit intermedia concauitatum: et in tali ru
ptione causatur motus terre: et aliquãdo
petens exitum percutit latera terre et ex
illa percussione causatur motus terre. Sc:
dꝫ Aristoteles probat ꝙ sic generetur mo
tus terre aliquibus signis. ¶ Primũ signum
est ꝙ tempore tranquillo fiunt magni mot⁹
terre. nam tranquillitas illa est signum ꝙ
exhalationes magne non sunt super ter:
ram sed sunt incluse in concauitatibus ter:
re. ¶ Secundum signum est. quia plures
motus terre: et maiores fiunt de nocte ꝙ̃
de die. et in meridie ꝙ̃ in alia parte diei.
eo ꝙ tunc tempora sunt magis tranquil:
la eo ꝙ exhalationes sũt incluse intra ter:
ram ¶ Tercium signum quia in terris ca:
uernosis fiunt magni motus terre sicut in
gallia aruernorum fiunt magni motus ter
re. Nam anno domini millesimo quadrin:
gentesimo nonagesimo dum illic essem cau
sa litterarum in principio marcij factus
est magnus motus terre: et multa edificia
scilicet arces et ecclesias/ et cenobia/ ⁊ alia
edificia destruxit: et durauit per vnum mẽ
sem. et in multis locis homines habita:
bant in planis et hortis et causabatur in
eodem anno semel in mense iunio. ¶ Quar
tum signum est. ꝙ maxime motus terre fi:
unt in vere et autumno ⁊ ratio est: quia in
illis temporibus magis generantur exha
lationes ꝙ̃ in estate que est multum sicca
vel ꝙ̃ in hyeme que est multum frigida: et
etiam magis generantur motus terre tem
pore pluuioso ꝙ̃ alio tempore. Naꝫ tempo
re illo aque intrant terram et exhalatiões
ibi existentes refugiunt aquam eis contra
riam et petentes exitum vniuntur et cau:
sant motum terre. ¶ Quintum signum est.
quia sicut est in corpore humano ita est in
terra: sed in corpore humano spiritus in:
clusi in venis faciunt tremorem pulsus et
subitas neruorum contractiones: ita exha:
lationes incluse in terra faciunt motum
terre. ¶ Sextum signum est. aliquando ap
paruerunt magni motus terre qui non ces
sauerunt ante. ꝙ̃ terra rumperetur: et cui⁹
ruptura exiuit ventus et flamma tanta
ꝙ ciuitates prope existentes fuerunt com:
buste. ¶ Septimũ signum est. quia ante ꝙ̃
audiatur motus terre auditur paruus so:
nus in terra: eo ꝙ exhalatio mota causat
talem sonum. immo sicut dicit plinius sepe
audiuntur magni et varij soni. ¶ Octauũ
signum est ꝙ ante motum terre apparet in
aere parua nubes ad modum lancee. et
hoc est signum ꝙ exhalatio ventosa absor
betur a terra. ¶ Nonum signum est. ꝙ
tempore eclypsis lune fiunt magni mo:
tus terre ante tamen eclipsim: nam si mo:

tus terre fiat in pncipio noctis tūc fit ecli=
psis in media nocte ⁊ si motus terre sit in
media nocte tunc eclipsis fit in aurora : et
causa est quia quando luna eclipsatur tūc
deficit calor eleuās exhalationes: si alique
sunt iuxta cōcauitates terre nō ascēdunt
sed intrant concauitates terre sicut p3 de
fumo. ¶ Secundo notandum est q̄ septem
sunt accidetia motus terre vt dicit Aristo.
primū accidens est q̄ motus terre aliquan
do durat per quadraginta dies : et quan=
doq3 per vnum annū: ⁊ quādoq3 per duos
annos. ⁊ hoc propter magnam multitudi
nem exhalationum que non facile possunt
exire: et quādoq3 propter indispositionem
meatuum. nam quando meatus sunt val=
de stricti exhalatio non potest exire per lō=
gum tēpus. Scdm accidēs est q̄ aliquādo
tpe motus terre audiuntur magni soni et
mugitus ⁊ sonus similis strepitui armorū
sicut refert plini⁹. nā diuersimode causan=
tur illi soni scdm diuersitatē cauernarū et
meatuū. Tertium accidens est q̄ aliqn tpe
mot⁹ terre exit magna aqua de terra ime
aliquando exeunt flumina que cōtinuo du
rant. nam terra demergitur ⁊ aqua q̄ fue=
bat sub terra post motum terre fluit super
terram Quartū accidens est q̄ aliquando
per motum terre factū est diluuiū particu=
lare. nam motus terre aliquādo eleuat ter
ram que est sub mari ⁊ aqua fluit ad terrā
siccam ⁊ sic fit diluuium particulare. et isto
modo vt dicit plinius perierunt multe in=
sule ⁊ multe regiones. Quintum accidens
est q̄ motus terre fit scdm paruam partē
terre. nā exhalatio nō est sufficiens ad mo
uendū magnā partē terre in ordine ad to=
tam terram. Sextū accidens est q̄ aliquā=
do multitudo exhalationū est tanta q̄ ter=
ra mouetur ad latus ⁊ talis motus dicitur
tremor: ⁊ quādo mouetur sursum di pulsus
Septimū accidens est q̄ raro fiunt motus
terre in locis humidis. nam humiditas de
struit exhalationē ⁊ impedit ne possit mul
tiplicari. ¶ Tertio notandū est q̄ sex sunt
species motus terre. sc3 ruina/ tremor/ titu=
batio/ pulsus/ perforatio. subuersio: ⁊ cesio.
Unde ruina est quando terra que sub se ha
bebat magnam concauitatem ruit in illā
concauitatē. et aliquando illa concauitas
est adeo magna q̄ magna corpora possunt
ingredi: ⁊ sic aliquando pereunt magne ci
uitates ⁊ magna oppida. Tremor vero fit
quando exhalatio non potest frangere ter
ram: sed tñ facit eam tremere ⁊ ille motus
sepe fit ⁊ precipue in alpibus apēninis vt
plinius dicit. Titubatio fit quando terra
eleuatur ex vno latere et postea ex alio fi=
cut dicit plinius ante bellum sociale factū
fuisse de duobus montibus in italia qui p
aliquod spacium temporis conflictarūt i.n
ter se. Unde et in asia minore sub tiber. o
cesare illo motu terre prostrate fuerūt duo=
decim vrbes. Pulsus vero fit quando exha=
latio eleuat terram sursum: ita q̄ terra ele
uata remanet per modum montis. ⁊ sic cō=
tingit aliquando q̄ vallis efficitur collis.
Sed perforatio fit quando terra habet ve=
nas debiles quas exhalatio rumpit ⁊ exit
per eas: et sic sepe magna edificia cadunt
in illam perforationem. Subuersio vero
fit quando exhalatio est tam fortis vt pel
lat vnam partem terre ad vnum latus et
aliam ad aliud lat⁹: ita q̄ pars inferior
sit superior et econuerso. et iste motus ter=
re est valde horribilis. Cesio vero fit quan=
do terra rumpitur in longum ad modum
vene absq3 hoc q̄ multum rumpatur in la
tus Unde iste motus terre non debet ali=
cui videri impossibilis per naturam: cum
videamus exhalationem expulsam a nu=
be prosternere magna edificia. Similiter
videmus in machinis bellicis nostris tem
poris ex parua exhalatione causari ma=
gnum strepitum: ⁊ emitti ingentē globum
Unde causa quare globus expellitur tam
impetuose a machina est: quia machina ē
plena pulueribus terrestribus facile inflā
mabilus : et est obstructa per globum: et vt
supponitur ex vno pugillo terre fiunt mille
ignes: ergo cum illi pulueres inflammen=
tur oportet q̄ in mille cuplo ignis sit ma=
ior q̄3 pulueres. et non potest tant⁹ ignis
includi in tam paruo loco : ideo ille ignis
fumosus percutit latera machine et ape=
rit debiliorem partem ipsam impetuosissi=
me pellendo. et ideo aliquando eo q̄ lapis
est nimis intrusus illa exhalatio frangit
latera machine cum minorem reperiat re=
sistentiā in ipsis q̄3 in globo. Similiter ex=
halatio calida et sicca inclusa in visceribꝰ
terre: non reperiens exitum percutit late=
ra terre et facit eam tremere. Similiter vi=
demus q̄ paruus spiritus in animali facit
tremere animal ergo nō est mirandū si taꝫ
magne exhalationes existentes in conca=
uitatib⁹ terre faciant eam tremere: Unde
alique regiones paucum subijciūtur motui
terre : ita q̄ in ipsis raro causatur motus
terre. vt sūt gallia et egiptus vt refert pli
nius. ⁊ sunt alie regiones que sepe patiūt
motū terre. vt italia grecia: et alia. ⁊ q̄ uis
causa motus terre sit natural': tñ raro cau
satus est quin protēderet aliquod magnū

malnin. Nam dum hannibal iuxta transi
menium italie:ingentem romanorum fecit
stragem causatus est magnus motus ter=
re qui tñ milites ferociter pugnantes non
perceperunt: licet montes in aliquibus lo=
cis italie fregerit ⁊ ciuitates aliquas de=
struxerit. ⁊ post secuta est clades canensis.
Similiter sub karolo septimo francorum re=
ge inclito: causatus est in apulia ⁊ alijs re
gionibus finitimis grecie ingẽs motus ter
re:⁊ paulopost machometus turcorũ im=
perator cõstantinopolim cepit ⁊ oĩs fere
christianos qui in ea erant occidit. ¶ Con=
clusio responsiua motus terre naturaliter
est possibilis: ista conclusio patet ex nota=
bilibus. ¶ Et ad rationes ante oppositũ.
¶ Ad primã cõceditur maior ⁊ negatur mi
nor. et ad ꝓbationẽ dicitur ꝙ fit a princi=
pio extrinseco. et ad probationẽ quãdo dici
tur ꝙ nõ distinguitur vel totam terrã ⁊ sic
cõceditur vel partialem terrã ⁊ sic negat.
¶ Ad scđam negatur cõsequentia ⁊ ad ꝓ=
bationem eius cõceditur antecedens ⁊ ne
gatur cõsequẽtia. ¶ Ad tertiã negatur an
tecedens. ⁊ ad ꝓbationẽ eius cõceditur an
tecedẽs ⁊ negatur cõsequẽtia. ¶ Ad quar=
tam negatur antecedens ⁊ hoc quãdo est
magna ⁊ nõ reperit facilem exitum. ¶ Ad
quintam negatur antecedens. vnde dicit
ꝙ mouetur a leuitate et lateraliter ꝓpter
frigiditatem sibi resistentem. ¶ Ad sextam
negatur antecedens. et ad ꝓbationem cõ
ceditur antecedens et negatur cõsequẽtia.
quia hoc accidit ex eo ꝙ exhalatio ꝑ anti=
peristasim aliqñ inflãmat. ¶ Ad septimã
conceditur antecedẽs ⁊ negat ꝯña: qꝛ sup ter
ram reperit mediũ facilis diuisionis: ideo
facile frangit ipm sine motu terre.

Queritur quadragesimoseptimo vtrũ
tonitruũ causatur in nube ex exhala
tione calida ⁊ sicca per percussionẽ factã
cõtra latera nubis. Et arguit ꝙ nõ ⁊ hoc
sic. corpora se ꝑcutiẽtia distant inter se: sed
nubes ⁊ exhalatio existens in ea nõ distãt
ergo non se percutiunt. ¶ Scđo ar sic toni=
truũ fit per extinctionẽ ignis in nube: er=
go nõ fit per percussionẽ nubis. ¶ Tertio
ar sic illa q̃ cõtrariantur non eleuantur si=
mul: sed exhalatio ⁊ vapor nubis cõtrariã
tur: ergo nõ simul eleuãtur. minor ꝓbatur
quia vapor est humidus ⁊ exhalatio sicca.
¶ Quarto ar sic. sequeretur ꝙ tonitruũ es=
set sonus quod est falsum. ꝓbatur falsitas
cõsequentis qꝛ tonitruũ vrit ⁊ frangit cor=
pora fortia quod tamen sonus non potest
facere cum sit vna qualitas. ¶ Quinto ar=
guitur sic. ventus non est sonus: ergo nec
tonitruum. tenet cõsequentia quia eadem
est materia tonitrui ⁊ vẽti vt vult Aristote
les. ¶ Sexto ar sic. magnus sonus non fit
nisi ex corporib⁹ solidis: sed tonitruum est
magn⁹ sonus: ergo nõ fit nisi ex corporib⁹
solidis: sed in nube nõ sunt corpora solida
ergo non fit in nube. ¶ In oppositũ arguit
per experiẽtiam. nã experimur tonitruum
causari in nube. ¶ Pro solutione q̃stionis
notandũ est primo ꝙ duplex est fumus qui
eleuatur a terra. nã quidã est calidus ⁊ hu
midus ⁊ di vapor. Alius est calidus ⁊ sic=
cus ⁊ dicitur exhalatio. Vñ supponendum
est ꝙ vapor eleuatus vsq ad mediã regio=
nem aeris ingrossat et in nubẽ cõuertitur:
⁊ cũ hoc supponitur ꝙ nubes est fortior in
inferiori parte q̃ in superiori. Vñ istis sup
positis dicit ꝙ tonitruũ sic gñatur. nam sol
eleuat vaporem ex istis inferiorib⁹: et ali=
quãdo cũ illo vapore simul eleuat exhala=
tionẽ calida ⁊ siccã: ⁊ dum vapores sunt in
media regione aeris ingrossantur a frigi=
ditate medie regionis aeris: et exhalatio
calida ⁊ sicca includitur in vapore qui per
ingrossationẽ fit nubes: et fortificatur per
antiperistasim. Nã nubes ingrossatur et
infrigidatur ⁊ facta infrigidatione nubis
exhalatio calida ⁊ sicca fugit suũ ꝯtrariũ.
et petẽs exitum percutit latera nubis ⁊ in
tali percussione vel fractione causat sonus
qui dicit tonitruũ. Vñ tonitruũ sic põt diffi
niri. Tonitruũ est sonus factus in nubi=
bus ex violẽta percussione exhalatiõis ca
lide ⁊ sicce: vel ex extinctione ignis in nu=
be. Unde hoc põt probari per simile de li=
gno viridi posito in igne. nã videm⁹ ꝙ per
calorẽ ignis pellitur humor exterius: ⁊ qđ
est aquosum exit per extremitates illius li
gni: et illud grossum et terrestre vnitur ad
intra qđ vnitũ ⁊ calefactum petit exitũ ⁊
frangit lignũ ⁊ causat sonũ. et a simili ex=
halatio calida et sicca causat sonum eo ꝙ
ignis extinguit in nube: vel ex eo ꝙ ꝑcutit
latera nubis. Unde diuersimode causatur
talis sonus. nam maior sonus causatur in
nube densa q̃ in nube rara. Vñ tres sunt
modi sonorũ tonitrui. vn⁹ est tumultuans
et talis causatur qñ exhalatio mouetur in
tra nubẽ absq hoc ꝙ frangat nubem. Ali
us est sonus diruptus. et causatur quando
exhalatio frangit nubem et non obuiat si
bi aliquod frigidum. Alius sonus dicit stri
dens et causatur quando exhalatio frãgit
nubẽ et ei obuiat aliquod frigidũ. Nam et
simile videmus in istis inferioribus: cum
enim gutta aque frigide cadit in oleum bu
liens oleum stridet: et similiter quando

plumbū calidum cadit sup corpus aqueum
vt experiētia docet. Ex dictis patet ꝙ ista
requiruntur ad hoc q generetur tonitruum
scz nubes aquosa: et exhalatio calida ⁊ sic
ca facile inflammabilis existens intra nu
bem que frangendo latera nubis causat
talem sonum: vel per extinctionem eius.
Nam aliquando causat talem sonum per
fracturam. aliquando per extinctionem
eius. et aliquando vtrūqȝ concurrit ad cau
sandū talem sonū. ¶ Secundo notandum
est ꝙ coruscatio est apparitio luminis in
aere precedens quo ad motionem sensus
tonitruum. Unde dicitur quo ad motionē
sensꝰ. qꝛ licet tonitruum generetur anteq̄
coruscatio tn̄ citius coruscatio mouet visum
q̄ tonitruum auditum eo ꝙ lucidum velo-
cissime multiplicat suam speciem. Unde co
ruscatio sic generat̄. nam exhalatio calida
⁊ sicca frāgit nubem. ⁊ post exitū eius a nu
be velocissime mouetur fugiendo frigidita
tē nubis: et in illo velocissimo motu inflam
matur. et sic coruscatio est exhalatio cali-
da et sicca inflammata ex veloci motu eiꝰ
vel per antiperistasim frigiditatis medie
regionis aeris. Unde tanto exhalatio est
maior ⁊ inflammatur tanto coruscatio est
maior: et signum est ꝙ ibi est magna cōtra
rietas. Unde tonitruum cuius nubes est
nigra est parum timendum quo ad incensi
onem. Nā signū est ꝙ in nube est magna
aquositas et parua exhalatio. Sed si nu
bes in qua causatur tonitruum est alba: est
multum timenda. Nam albedo ibi appa-
rēs est signum ꝙ ibi est magna exhalatio
facile inflammabilis. Sed si nubes parū
sit alba tonitruum nō est multū timendum
qꝛ signum est ꝙ ibi est parua cōtrarietas.
Quando vero nubes est multum viridis
tunc maxime est tonitruum timēdum: quia
signum est ꝙ exhalatio est fortis ⁊ magna
et ꝙ frigiditas nubis est magna. et quia
ibi est magna cōtrarietas et percussio nu-
bis potest esse multum violenta ex qua se-
quitur sepe magna incensio et fulmen vio-
lentum. Unde aliquando coruscatio est
tam magna vt corrumpat visum hominis
siue alterius animalis. ¶ Tercio notan-
dum est ꝙ cum tonitruo aliquando genera
tur fulmen. Unde fulmen sic generatur.
Nam per calorem solis eleuatur exhala-
tio calida et sicca valde subtilis que exha-
latio per fortem frigiditatem nubis proijː
citur impetuosissime deorsū: et in illo mo-
tu velocissimo inflammatur. Unde duplex
assignatur fulmen. Nam quoddam est pe-
netrans: et est fulmen habens materiam
subtilem et raram que velocissime moue-
tur: et est magni impetus. Aliud est fulmē
adurens: et tale habet materiam densam
et dum tangit aliqua corpora colorat ipsa:
nam in ipsis aliquantulum immoratur.
et est tale valde periculosum quo ad incen-
sionem edificiorum. Unde vt Aristoteles
dicit in tercio metheororum. quinqȝ sunt
accidentia fulminis. Primum est ꝙ ful-
men citius frangit et comburit corpora du
ra q̄ mollia. Nam visum est sepe ipsum ci
tius combusisse corpus hominis sine lesio-
ne vestis. et fregisse gladium sine lesione
vagine: et hoc est quia fortis impetus for-
tius agit in corpus durum et resistens q̄
in corpus molle non resistens. nam molli
cies impedit impetum sicut videmꝰ in ma-
chinis bellicis. Secundum accidens est ꝙ
corpora que percutiūtur fulmine ante per-
cussionem mouentur: et hoc quia semper
impetuosus ventus precedit fulmen qui
ventus mouet corpora paululum ante ca-
sum fulminis. Tercium accidens est ꝙ ani
malia dormientia percussa fulmine repe-
riuntur habere oculos apertos et anima-
lia vigilantia percussa fulmine reperiun-
tur habere oculos clausos. Et ratio isto-
rum est quia dormientia dum percutiuntur
aperiunt oculos et anteq̄ clauserint sunt
mortua: et vigilantia ex timore percussio-
nis claudunt et anteq̄ aperuerint sunt
mortua. Quartum accidens est ꝙ corpora
venenosa fulmine percussa purgantur a
veneno. Nā fulmen cōburit humores quos
inuenit et reliquit materiā adustam siue
inflammabilē. Quintū est ꝙ corpora per
fulmen inflammata cum difficultate pos-
sunt extingui: eo ꝙ materia fulminis est
multū viscosa et adurens. sicut cōtigit Pa-
risijs in templo beate genouefe. nā regnan
te Ludouico vndecimo pinaculum templi
incensū est tam fortiter fulmine vt ignis
cōbureret pinnaculum: et liquefaceret cā-
panas. Unde vt dicit plinius alique sunt
regiones in quibus nunq̄ vel raro cadit
fulmen vt est sithia. et alique sunt in qui-
bus sepe cadit fulmen vt in egipto et pir-
reneis montibus gallie. propter quod et
montes pirrenei dicti sunt. Sunt tamen
aliqua que nō subijciuntur: fulmine vt lau
rus. nā illa arbor nunq̄ percutit̄ fulmine
propter quod et tyberius cesar coronam ex
lauro tempore tonitruorum gestabat. et ex
aquatilibus vitulus marinus non fulmia
tur. propter hoc et tentoria facta ex pelli-

bus eius non fulminantur tes volucribus
aquila non fulminatur. Sed τ aliud quod
dam periculosum sepe cum fulmine cadit:
scz lapis qui dicit̄ cuneus. Unde cuneus sic
generatur. nam per calorem solis eleuatur
exhalatio calida et sicca terrestris: τ etiam
simul eleuatur vapor humidus et calidus.
τ iste vapor et illa siccitas cōmiscent̄ τ cali
dum et siccum per illam cōmixtionem dige-
rit humidū per magnam decoctionem. et
generatur lapis qui dicit̄ cuneus. vnde ille
lapis cuneus dicit̄ qr cuneo vel secuṙ assi-
milatur. nam duas in domo paterna vidi
habentes dispositionem parue securis vel
cunei q̄ scindunt̄ ligna. et talis nature est
q̄ si quis simplici filo circumdet ipsum τ po
nat sup carbones ardentes filū non com-
buritur: et hoc expertus sum. Nam iste la-
pis sepe in gaballitano reperitur: cū illa
regio sit multū subiecta fulminibus et toni-
truis: sicut et tota narbonensis prouincia.
¶ Quarto notandum est: q̄ due sunt alie
exhalationes calide et sicce quarū vna dici
tur typho. Unde typho est ventus retru
sus versus terram cui obuiat alius ventus
ip̄m impediendo et inuoluendo: ad quam
inuolutionem sequitur motus circumgirati
uus eleuans pulueres: et iste ventus est a-
liquando adeo fortis vt euellat arbores: τ
aliquando inflammat̄ sicut sepe contingit
in magno deserto qui est inter iudeam et
montē synay. nam ibi sunt pulueres val-
de adusti et facile inflammabiles dum ele
uant̄ per ventum qui dicitur typho. Sed
alia exhalatio dicit̄ ethnephias. vnde eth-
nephias sic generat̄. nā aliqñ intra nubē
valde frigidā includit̄ exhalatio multum
calida τ sicca grossa et terrestris q̄ p̄ cōtra-
riū eius fortificat̄ in calore: τ petens exitū
frangit nubē in debiliori eius p̄te et dum
exit a nube pellitur a frigiditate nubis ver
sus terrā q̄ sic pulsa incipit moueri transuer
sue siue lateraliter versus terrā et multum
impetuose. Uñ eius colter assignantur duo
effectus. Primus est obscurare aerem eo q̄
est exhalatio multū grossa. Secundus effe
ctus est adducere pluuias. Nam colter fiat
añ magnas pluuias τ ideo signum est q̄ nu
bes q̄ expellit ethnephiā est multum aquo
sa et apta ad magna tonitrua vnde typho
et ethnephias differūt. Primo qr typho est p̄uus
vent⁹ subtilis: sed ethnephias est magn⁹
vent⁹ τ grossus. Scd̄o differunt qr typho
mouet̄ circūgiratiue sz ethnephias trans-
uersiue. Tercio differunt qr typho genera
tur ex duob⁹ vētis sibi obuiātibus. sed eth
nephias est vētus a nube expulsus vnde si
typho vt dicit Aristo. incendat̄ vocat̄ incē-
sio. sed si ethnephias incedat̄ fit magnus
ignis eo q̄ exhalatio est magna τ terrestris
τ ideo aliqñ ethnephias incēdit magnas
ciuitates: et dum nō incendit̄ sepe segetes
amputatas asportat. nā τ in pago in quo
natus sum semel pisa amputata in agro
portauit ad tria miliaria: et sepe edificia
euertit τ multa alia damna infert. ¶ Istis
notatis ponit̄ cōclusio tonitruum causat̄ i
nube exhalatione calida et sicca rumpēte
nubē vel extinctione ignis i nube aquosa.
ista conclusio p̄z ex dictis. Et ad rationes
añ oppositū. ¶ Ad p̄mā ɔcedit̄ maior et di-
stinguitur minor. vel q̄ scd̄m aliquā p̄tem
τ sic negat̄. vel q̄ scd̄m quālibet τ sic conce
dit. τ negatur ɔña. ¶ Ad secūdā distinguit̄
añs. vl̄ aliqd̄ τ sic ɔceditur. vel om̄e τ sic ne
gat̄. ¶ Ad terciā negat̄ maior. immo simul
vapor τ exhalatio eleuātur: nō t̄ñ sūt i eod̄
loco. ¶ Ad q̄rtā ɔcedit̄ ɔña τ negat̄ falsitas
ɔñtis. et ad p̄bationē eius d̄r q̄ ille sonus
de se non frangit sed ventus violenter tru
sus: vel fulmen: vel aer violenter pulsus.
¶ Ad quintā cōceditur añs τ negat̄ ɔña et
ad p̄bationē distinguitur q̄ exhalatio cali
da τ sicca sint causa tonitrui vel efficiens
partialis τ sic conceditur: vel materialis τ sic
negat̄. ¶ Ad sextā negat̄ añs. immo etiam
fit ex corporibus subtilibus violenter per-
cussis et fractis.

Queritur quadragesimooctauo. vtrum
in yride sint veri colores? Et arguit̄ q̄
nō et hoc sic. verus color non reperitur nisi
in corpore solido: sed nubes viridis non est
corpus solidū: ergo in yride non sunt veri
colores. ¶ Scd̄o arguit̄ sic. si in yride appa
rent colores vel duo vel tres vel plures sed
nullum est dicendum: ergo in yride nō ap-
parēt veri colores. minor p̄batur. qr si dica
tur q̄ t̄m tres: g̃ eadē rōne dicet̄ q̄ quart⁹
p̄bat̄ ɔña qr inter colorē viridē et puniceum
mediat color q̄ dicitur xantos: ergo i yride
debent apparere quattuor colores. ¶ Ter-
cio arguitur sic. sol eq̄liter diffundit lumen
suū sup nubē: ergo in nube non debent ap-
parere diuersi colores. ¶ Quarto arguitur
sic. in halone nō apparēt diuersi colores:
ergo nec in yride. ¶ In oppositū arguit̄ q̄
qd̄ visu p̄cipitur est color vel coloratum: sed
yris visu p̄cipitur: g̃ yris est color vel colo-
rata. ¶ Pro solutione questiōis notandū
est p̄mo q̄ halo est q̄dā circulus apparens
circa solem lunam vel circa aliud astrum
Unde halo sic generatur. nam a terra ele

patur vapor humidus vniformis in raritā
te ⁊ densitate vsq; ad mediā regionem ae-
ris:⁊ ꝑ frigiditatē ei⁹ ingrossaꝫ sub aliquo
astro luminoso: ⁊ qꝛ radi⁹ perpēdicularis
fortis cadit sup ipm ⁊ facit vaporē humi:
dū fluere circa partes extremales circula:
riter:⁊ tūc radij refrangunꝫ versus perpē:
dicularē:⁊ tunc apparet nobis circul⁹ qui
dicit halo. vñ Aristoteles ꝓbat ꝙ halo sit
circularis figure duabus rōnibus: scꝫ vna
mathematica et vna naturali. vñ anteꝙ̄
formet rōnē mathematicā ponit aliquas
suppositiones. ❡Quarum prima talis est
oīm duoꝝ triangulorꝝ quoꝝ latera vnius
sunt equalia duob⁹ laterib⁹ alteri⁹ duoq;
anguli illis equilaterib⁹ contenti equales
fuerint ⁊ duo latera sese respiciētia equa:
les fuerint:tūc basis vni⁹ erit equalis ba:
si alterius et totus triangulus toti trian:
gulo. ❡Secundo supponit Aristoteles ꝙ
oīm duorum triangulorū quoꝝ duo latera
vnius duob⁹ laterib⁹ alteri⁹ fuerint equa
lia et basis vnius basi alterius. necesse est
angulos illis lateribus ꝯtentos esse equa
les. ❡Tertia suppositio eius est ꝙ si plu:
res linee ꝙ̄ due a diuersis lineis proceden
tes essent equales et in idē punctū cecide
rint tunc tale punctū erit punctū circuli:⁊
linea tangens extremitates illaꝝ lineaꝝ
erit circularis. ❡Quarta suppositio est ꝙ
caligo sit vniformis in densitate ⁊ rarita:
te. Vñ istis suppositis ponitur ꝙ sol sit b:et
visus nr̄ a:et protrahatur linea perpendi:
cularis a:b: per mediū caliginis quod ē c.
et deinde signentur tria puncta i caligine
eque distantia que sūt g:d:z: a quib⁹ refra
gantur radij luminosi solis vl' lune ad line
am ꝑpendicularē ⁊ ꝯcurrāt in pūcto a: tūc
ibi sūt tres magni trianguli: scꝫ a:b:g:a:
b:d:a: b:z. qui sūt equales vt patet per
scđam suppositionem qꝛ linea a:g:⁊ linea
a:d:et linea a:z: sunt equales. Similiter
linea b:g. b:d:b:z: sunt equales et basis
a:b: est cōmunis tribus et sic illi tres triā
guli sic se habent quoꝝ duo latera vni⁹ sūt
eq̄lia duob⁹ laterib⁹ alteri⁹ ⁊ basis vni⁹
basi alterius: ergo anguli illi equilateri:
bus contenti sunt equales: et quilibet triā:
gulus alteri triangulo. Deinde ducantur
tres linee perpendiculares ab illis pūctis
in nube signatis super lineā a:b: ad pūctū
c: que linee sunt d:c. g:c:z:c: tunc ibi cōsti:
tuuntur tres parui trianguli ꝗ sunt a:g:c
a: d:c: et a:z:c: quorum latera vnius : scili
cet a:g: et a:c: sunt equalia duobus late
ribus aliorum duorum: scilicet a:d:a: c et
a:z. et anguli que sunt super c sunt equa:
les: ergo bases sunt equales et per conse:
quens trianguli sunt equales vt patꝫ per
primam suppositionem. quo posito arguiꝫ
sic. iste tres bases sunt eq̄les. scꝫ c:g: ⁊ c:d.
et c:z: et ille linee ducunꝫ ex diuersis pun:
ctis in idem pūctū et sunt plures ꝙ̄ due er
go tale punctū est centrū circuli: ⁊ ꝑ conse
quēs linea tangens extremitates illaꝝ li
neaꝝ erit circularis figure vt patet ꝑ sup
positionē ⁊ ꝑ cōsequēs halo erit circularis
figure. ❡Sed scđa ratione que est natura:
lis probaꝫ sic. quotiēscunq; radius lumino
sus cadit super caliginē perpendiculariꝫ ꝗ
caligo est eiusdem dispositionis in rarita:
te et densitate facit vaporē fluere orbicula
riter versus partes extremales: ⁊ aliq̄ ra:
dii ex omni parte ad lineā perpēdicularem
refrangunꝫ: ergo halo apparet circularis
figure. Unde simile potest percipi qñ lapꝭ
perpendicularis cadit super aquam pla:
nam stantem ꝙ causantur inundationes
circularis figure: ergo ita est imaginādum
de halone. ❡Scđo notandum est ꝙ sex
assignanꝫ accidētia halonis. ❡Primū ac:
cidēs est qꝛ videtur habere colorē ꝗ dicitur
albedo circa quē colorē apparet nigredo.
nā pars sup quā dñatur lumē apparet al:
ba ⁊ illa sup quā nō dñaꝫ appet nigra. ❡Se
cundū accidēs est ꝙ halo magꝭ appet circa
principiū autūni ꝙ̄ i estate vel hyeme eo ꝙ
requirit calorē tēperatum. ❡Tercium ac:
cidēs est ꝙ nō apparet flante vento. nam
vētus destruit caliginē. ❡Quartū accidēs
est ꝙ halo minus apparet de die ꝙ̄ de no
cte: ⁊ minus in meridie ꝙ̄ in alia hora. eo
ꝙ lumen est forti⁹ et disgregat caliginem
❡Quintū accidēs est ꝙ halo apparet ad
modicū toti⁹ circuli circa solē vel lunā: vel
circa aliud astrū. exceptis tñ ꝗnq; casibus.
❡Primus est si astrū sit adeo ꝓpinquū ho:
ꝙ vna portio circuli protracti cadit sub ori
zonte: ❡Secūdus casus est: si caligo ex vno
latere euanescat propter debilitatem eius
in vno latere. ❡ Tertius casus est si luna
non fuerit plena. nam aliquando non po
test fieri reflexio equaliter ❡Quartus ca:
sus est si caligo non sit vniformis in rarita
te et dēsitate. ❡Quintus casus est qñ radij
astri nō cadūt directe sup caliginē i ordine
ad visū nr̄m: sed oblique. ❡Sextū accñs est
ꝙ halo sepi⁹ apparet circa lunā ꝙ̄ circa so
lē: ⁊ hoc eo ꝙ sol hꝫ fortiores radios ⁊ citi⁹
dissoluit caliginem. ❡ Tertio notandum
est ꝙ yris sic generatur. nam aliquando ex
aliqua pte opposita soli vel lune apparet
nubes aquosa et rorida: ad quā attingunt
radij solis vel lune ꝗ nō potētes penetrare

transit siue descendit. Secundum accidens est ꝙ aliquando ille gutte sunt grossiores et aliquando subtiliores propter diuersitatem materie. Tercium accidens est ꝙ pluuia aliquando est dulcis et aliquando amara et hoc contingit propter diuersitatem materie. Nam quando vapor habet multum de terrestreitate tunc pluuia est amara et quando parum habet et est subtilis tunc est dulcis. Quartum accidens est ꝙ citius generatur pluuia q̄ quecunq; alia impressio aquea ex quo vapor virtute astrorum eleuatur vsq; ad mediam regionem aeris que regio semper est disposita ad generandū pluuiam. Quintum accidens est ꝙ aliquando cum pluuia cadunt parue rane et parui pisces et hoc cōtingit eo ꝙ cum vapore calido et humido eleuatur exhalatio viscosa que commiscetur aquositati ex qua cōmixtione generantur virtute alicuius astri talia animalia.

¶ Tertio notandū est ꝙ ros et pruina generantur in infima regione aeris. vnde ros sic generatur quia per calorem solis de die eleuatur vapor subtilis in istam infimam regionem aeris qui adueniente frigiditate noctis temperate conuertitur in paruam aquā descēdentem per guttulas et adherentē herbis ⁊ folijs arborum. Unde sicut dicit Aristoteles multa sunt roris accidentia. Primum accidens ꝙ ros generatur in locis temperatis ex tp̄e tēperato. Secundum est ꝙ ros quandoq; est dulcis: scilicet qn vapor ex quo generatur est subtilis et multum habens de aere. Tercium est ꝙ frumenta collecta in rore cito putrescunt. Quartum accidens ꝙ oues comedentes herbas roridas ex fluxu sepe moriuntur. et hoc est qꝛ materia roris est viscosa et distemperata ⁊ propter hoc pastores in gaballitano vbi est magna multitudo ouium non educunt eas ad pascua anteq̄ ros per solem sit consunptus. Unde ex istis patet ꝙ ros sic diffinitur. Ros est subtilis aqua genita ex subtili vapore eleuato virtute solis vsq; ad istam infimam regionem aeris. Sed pruina sic generatur. Nam per calorem solis eleuatur vapor subtilis habens debilem calorem vsq; ad mediam regionem aeris qui adueniente frigiditate noctis simul ingrossatur ⁊ congelatur et descendens adheret folijs herbarum. vnde pruina sic diffinitur. pruina est aqua congelata genita ex aqua subtili eleuata vsq; ad infimam regionem aeris vbi congelatur: ⁊ descendit: ⁊ adheret herbis. Unde ros ⁊ pruina conueniunt et differūt Primo cōueniunt quia generantur ex vapore subtili. Secundo conueniūt quia fiūt tempore sereno. Tertio quia fiunt in infima regione aeris. Sed ros et pruina in hoc differunt primo qꝛ vapor ex quo generatur pruina conuertitur in aquam et congelatur. sed vapor ex quo generatur ros conuertitur in aquam et non congelatur. Secundo differunt quia ros generatur tēpore temperato: sed pruina generatur in locis frigidis et tempore frigido. Tertio differunt quia ros generatur flante vēto australi. sed pruina generatur vt in pluribus flante borea. Unde accidentia pruine assignantur tria. Primum est ꝙ pruina generatur in aurora. et maxime tempore frigido: ⁊ in locis frigidis. nam pruina requirit congelationem. Scd̄m accidens est ꝙ pruina fit ex materia fetida. nam ipsa fit ex cōmixtione exhalationis calide cum vapore humido. Tertium accidens qn materia pruine ascendit sursum tunc est signū pluuie quādo vero descendit deorsum tunc est signum serenitatis. ¶ Quarto notandum est ꝙ nix ⁊ grando differunt vnde nix sic generatur. nam per calorem solis eleuatur vapor calidus et humidus vsq; ad mediam regionē aeris. ⁊ ibi propter magnā frigiditatē conuertitur in nubem: ⁊ nubes in niuem descendentē per partes grossas taliter ꝙ anteq̄ partes nubis cōuertātur in aquā conuertuntur in niuem propter vehementē frigiditatē. Nam congelatio preuenit conuersionē eius in pluuiam. Unde sicut dicit Aristoteles nix et pruina conueniunt in hoc. ꝙ vtrumq; generatur per congelationem. sed differunt quia generātur in diuersis locis. ⁊ etiam nix generatur ex vapore grossiori q̄ pruina. Similiter in hoc quia nix habet nubē preuiam: pruina autem non. Unde quattuor assignātur accidentia niuis Primum est ꝙ nix est alba: et causa albedinis eius est vehemens frigiditas. Nam frigidū agens in humidum est causa albedinis. Secundum accidēs ꝙ nix quādoq; cadit ꝑ paruas partes ⁊ qn̄q; per magnas. Tertiū accidēs est ꝙ nix auget frumēta. nam per suā frigiditatē claudit poros terre. et tunc caliditas existens ad intra, fortificatur per antiperistasim. et per consequens frumenta vegetantur. Quartum accidens ꝙ nix cōseruatur in altis mōtibus propter defectū caloris liq̄facientis niuem. Sed grando sic generatur. Nam per calorē solis eleuatur ab istis inferioribus vapor calidus et humidus, vsq; ad mediā regionem aeris vbi propter frigiditatem medie regionis conuertitur in nubem: et nubes in aquam descendentē per

guttulas que gutte infrigidantur per an tiperistasim propter infimam regionem aeris calidā intantū q congelantur. et tāto illa cōgelatio fit prope terrā tanto fit magis subito et grādines fiūt maiores. Unde dicit Aristoteles q grandines magis fiūt in vere et autūno q̄ in estate et hyeme. Nā in vere et autumno est maior abundantia vapor. q̄ in estate vel hyeme. de hyeme patet. quia in hyeme non est sufficiens calor per quem vapores eleuētur sursum. et similiter media regio non est tā frigida in hyeme sicut in vere et autumno: et adhuc magis sunt in estate q̄ in hyeme. Nam in estate est calor sufficiens ad eleuandum vapores et media regio aeris est magis frigida propter antiperistasim in estate q̄ in hyeme. Unde aliqua accidentia grandinis solent assignari. Primum est q grādo descēdit per globos duros ad modum cristalli. Secundum accidens est q grando mortificat vegetabilia propter eius vehementem frigiditatem. Tertium est q tempore generationis grandinis audiuntur magni soni. et hoc propter exhalationes existentes in nube grandinosa que exhalationes petentes exitum mouentur per nubem: et eā frangunt: et ex illa fractione causatur talis sonus. Quartum accidēs est q aliquādo cum grandine cadit pluuia: et hoc quādo in infima regione aeris est parua antiperistasis. nam tunc omnes gutte pluuie non possūt congelari. Quintum est q grādo aliquādo est triangularis figure: et hoc quādo generatur prope terram: et aliquādo est circularis figure: et hoc quando generatur remotius a terra. Sextū accidens est q in grandinibus aliquando apparēt imagines animalium. et hoc fit propter constellationem tunc vigentem que est figuratiua animalium. ¶ Conclusio responsiua. pluuia et ros: pruina: nix: et grando sunt impressiones aquose que generantur in aere. ista conclusio patet ex dictis. ¶ Et ad rationes ante oppositum. ¶ Ad primā conceditur maior et negatur minor. et ad probationem eius distinguitur. vel q impressiones ignite in ea generantur per accidens: et sic conceditur: vel per se: et sic negatur. Uñ non est inconueniens q effect⁹ specie differentes gñentur in eodē loco a diuersis causis tñ per se. ¶ Ad scd̄am cōceditur maior et distiguit minor. vel loc⁹ gñationis proprie dicte: et sic ꝯcedit. vel large sūpte: ꝛ negat q solū i superficie terre fit locus generationis aque. Nam i pluuiā nō est proprie gñatio. ¶ Ad tertiā distiguit. vl q illi motores protendūtur vsq ad mediā regionē aeris: et sic ꝯcedit: vel qñ nō: et sic negat: et negat ꝯña. ¶ Ad quartā negatur añs: et ad probationē eius cōceditur añs et negatur ꝯña. qr in rore non est sufficiēs calor: et sufficiens leuitas ad ascendēdum vsq ad mediam regionem aeris. ¶ Ad quītam conceditur añs et negatur ꝯña. qr hoc est eo q nubes secū eleuauit subtiles vapores ex quibus generatur ros. ¶ Ad sextam cōceditur añs ꝛ negatur ꝯña. quia non est simile. Nam dum materia niuis ascendit habet multum de calido et de leuitate. nō autem materia roris: ideo non est simile.

Queritur quadragesimosc̄do vtrum fōtes generentur ex aere incluso i visceribus terre. Et arguitur q non: et hoc sic. fontes generantur ex aqua pluuiali: ergo non ex aere. añs probatur. q: fōtes fiūt maiores tempore pluuioso quā alio tempore. ¶ Secundo arguitur sic. aliqui fontes deficiunt tempore sicco: ergo signum est q non generantur in visceribus terre ex aere. ¶ Tertio arguitur sic. multitudo aquarū alicubi recipitur et non videtur vbi nisi in terra: ergo signum est q fontes veniunt ex illa multitudine aquarum. ¶ Quarto arguitur sic. terra est naturaliter sicca: ergo non generat fontes. ¶ Quinto arguitur sic. aque fluuiorum non sunt naturaliter intra terram: ergo nec aque fontiū. ¶ Sexto arguitur sic. aer non est in concauitatibus terre: ergo ex eo non generatur fons. antecedens probatur. quia locus aeris nō est concauitas terre: ergo ibi non est aer. ¶ Septimo arguitur sic. aqua fontium se pe sursum mouetur: ergo non generatur in concauitatibus terre. ¶ Octauo arguitur sic. si aque fontium generarentur ex aere: sequeretur q tandem totus aer corrumperetur: quod est inconueniens: ergo fontes non generantur ex aere in concauitatib⁹ terre. ¶ In oppositum arguitur per experientiam. Nam experimur aerem in concauitatibus terre conuerti in aquam: ergo fōtes generantur ex aere in concauitatibus terre. ¶ Pro solutione questionis notandū est primo q triplices sunt aque i terra: scilicet aque fōtales: aque fluuiales: et aque stagnales. Unde aque fontales sic generantur. Nā in concauitatibus terre includitur aer qui valde infrigidatur a terra q̄ in illis cōcauitatibus est multum frigida: ꝛ tandē ille aer conuertitur in aquam que fluit. Unde tanto concauitas est maior tā to magis de aere cōuertit in aquam. q autem ista sit probatur. quia raro videm⁹ ma

gnos fontes oiri in terra plana: eo q sibi non sunt magne cōcauitates: sed in locis montuosis sepe reperiuntur magni fōtes. nam terra montuosa est multum cauernosa: et in illis cauernis includitur aer multus qui conuertitur in aquam: propter qd et i gaballitano que est terra multum mōtuosa reperiuntur multi fontes: et valde ameni: qui scaturiunt in radicibus montium. vnde et multi fluuij insignes oriuntur in illa terra: scilicet tarnus et oltus qui cadunt in garinā clauer et gardonis: et multi alij. Sed aque fluuiales sunt aque fluentes que congregantur ex multis aquis fōtium: et sunt multi fluuij. Unde imaginādum est q terra habitabilis nobis cognita prima sui diuisione diuidit in duas partes: scilicet in asiam magnam et europam. Et europa diuiditur in duas partes: scilicet in africam que vergit ad meridiem: et i europam que vergit ad septētrionem. Uñ insignes fluuij asie noti per vniuersum orbem sunt quinq: scilicet ganges qui fluit per indiam. et est valde magnus et longo tractu decurrit et iuxta ipsum reperitur aurum purissimū et gemme multe et appellatur hebraice physon. Secūdus fluuius asie est nilus dans egipto magnam fertilitatem et diuitias: et dicitur hebraice geon. Tertius fluuius isignis asie est tigris qui fluit velociter. ideo propter hoc dict9 est tigris. Nam medi sagittam tigrim vocant: et cum ille fluuius velocissime fluat dictus est tigris. et defluit per mediam i assirios. Quartus fluuius insignis asie ē eufrates qui separat capadociā ab armenia et post longo tractu per mesopotomiam defluit i babiloniam. et post longo tractu in mare trogloditarum. Unde iste videtur esse lōgior fluuius qui fluat super terram. Quintus fluuius insignis asie dicitur esse indus a quo dicta est illa magna plaga terre india multa regna continens. vnde i istum fluuium fluunt decemnouem magni fluuij oritur enim indus in caucaso: et fluit contra ortum solis. quod raro reperitur in alijs. Sed fluuij insignes europe (que quo ad hominum dignitatem est nobilior omnibus alijs) sunt multi. vnus est tanays valde magn9 fluuius qui diuidit europam ab asia. Secundus est dyaboristenes fluuius insignis scithie. Tertius ē danubius qui et hister dictus est: vnde danubius oritur in retijs montibus germanorum: et diuidit germaniam a pauonia: et post longo tractu per multa hostia defluit in pōtum. Quartus insignis fluuius europe est rodanus: qui oritur in montibus heluetiorum: et defluit per alobroges qui dicuntur sabaudie. delphinates in narbonensē prouinciam: et iuxta massiliam intrat mare. Unde super nullo fluuio defluēti tam paruo tractu fundantur tam insignes ciuitates: et tam insignia oppida sicut super rodano. ¶ Quintus insignis fluuius europe est rhenus qui circa rhetios montes oritur et separat germaniam a gallia: et defluit in septentrionem. ¶ Sextus insignis fluuius europe est eridanus qui padus dicit. qui defluit per italiam. ¶ Septimus insignis fluuius europe est secana valde notus propter insignem vrbem parisiorum: i qua est maius gymnasium omnium christianorum. ¶ Octauus est tibris iuxta quē sita est roma omnium gentium domina. ¶ Nonus fluuius est liger qui in montib9 velannorum oritur: et longo tractu per galliam defluit i mare britannicum. ¶ Decimus insignis fluuius est garunia tholosanum vrbem alluens: et longo tractu in burdagallum mare influit. ¶ Undecimus fluuius insignis europe est celtiber fluui9 magnus hyspanie a quo dicta est celtiberia. Sed in africa pauca sunt flumina famata per orbem. Sed aque stagnales dicuntur aque que non defluunt vel parum. sicut sunt aque paludose et stagna que multa sunt. ¶ Secundo notandum est q aque fōtium et fluuiorum attrahunt aliquas proprietates a terris per quas fluunt: et etiam ab astris et alijs influentijs celi: ita vt in ipsis multum appareat virtus diuina. Unde sicut refert plinius in dodone iouis fons est qui faces inflammatas extinguit: et tamen si quis apponat faces extinctas inflammantur: forte per antiperistasim. Nam sicut dicit beatus Augustinus vigesimo primo de ciuitate. nō de omnibus istis possumus dare rationem. Unde similē fontem beatus Augustinus dicit esse in gallia iuxta gracinopolim. Similiter refert plinius q in illirico est quidam fons in quo vestes expanse incenduntur: licet aqua sit frigida. Unde et refert de quodam alio fōte qui est apud garamantas populos extreme africe qui dē die est tam frigidus: vt non possit bibi, et de nocte est tam calidus vt non possit tangi. Et quidam alius fons est in cicilia in agrigentinensi agro qui gignit salem qui appositus igni liquefit: apposit9 aque crepitat. Dicitur etiam esse fons in arabia trogloditum: qui fons solis olim appellabatur. qui ante meridiem est dulcis: et post meridiem est multum

frigidus. ⁊ in vespere tepescit. et in medio
nocte feruore ⁊ amaritudine infestat. Un-
de ⁊ aliud mirabile est de quodā fluuio qui
est in falisco. Nā si boues potent ex illo flu
uio efficiuntur albi. Et in boetia est fluui⁹
qui facit oues potātes ex eo nigras. ⁊ ali
us qui fluit ex eodē lacu facit eas albas. ⁊
in phrigia iuxta troiam est qdā fluui⁹ qui
dicitur xantus: q̄ facit oues potātes ex eo
ruffas. Et in regione que dr̄ licestis est quī-
dā fons qui hz odorē vini. ⁊ facit potātes
ex eo temulentos. Fertur etiā esse in phri-
gia quidā fluuius qui appellat gallus q̄
potantes ex eo insanire facit. Un̄ est ⁊ quī-
dā alius fluuius in archadia qui dr̄ stix. cu
ius aqua in colore et odore non differt ab
alijs. et tn̄ potata subito necat. Un̄ sunt et
alij fontes ⁊ fluuij habētes mirabiles pro
prietates de quib⁹ ꝓprietatib⁹ difficile ē
assignare rationē. Sed et lacus ⁊ paludes
mirabiles habent ꝓprietates. nā est i gal
lia quidam magnus lacus iuxta heluetios
qui lenmanū dr̄. ꝑ cuius medium rodanus
trāsit: et tn̄ aqua rodani et illius lacus nō
miscentur inter se Est ⁊ in asia lacus sima
nius qui inficitur ab absinthio qd̄ iuxta cre
scit. Sed mirabilius refert iosephus de al
phatice lacu existente iuxta iudeā q̄ lacus
dicitur lacus gomorre et sodome. propter
destructas ciuitates q̄ iuxta olim erant. et
vbi est nunc lacus erat vallis amenissima
vt habetur genesis. xix. sed et ciuitates que
quinq̧ erāt: et vallē destruxit deus ꝓpter
impietatē hoīm illarū ciuitatū. Un̄ refert
ioseph⁹ libro q̄nto cap̄lo nono de bello iu
daico: q̄ alphatites est lacus sterilis. ⁊ cor
pora grauia que in eū iacit̄ natāt. Unde
nec quis demergi etiam de industria pōt.
vnde vt dicit terra que est in circuitu in di-
es colorem mutat ⁊ variata soli radijs re
splēdet: ⁊ in mult̄ locis gignit bituminis
glebas que natant ꝑ stagnū. et assimilan
tur tauris sine capitibus. Unde iste lacus
est iuxta terram illarum quinq̧ ciuitatum
ibi destructarum: et adhuc cernuntur ima-
gines quinq̧ ciuitatū ⁊ ibi crescunt poma
Queritur quinquagesimosecundo vtrũ in homine anima intellectiua sit aĩa sensitiua. Et arguitur q non et hoc sic. anima sensitiua et aĩa intellectiua realiter in hoĩe distinguũtur: ergo aĩa intellectiua in homine non est anima sensitiua. Añs pbatur: q2 anteq̃ aĩa intellectiua sit in materia hoĩs in ea est anima sensitiua que non corrumpitur adueniente intellectiua: ergo intellectiua in homine non est sensitiua. ¶ Scđo ar sic. contraria non possunt simul esse in eodem subiecto realiter. et tamen si intellectiua et sensitiua in hoĩe non distinguerent ɔtraria essent in eodem: ergo aĩa intellectiua in hoĩe non est aĩa sensitiua. minor probatur. q2 in hoĩe est actus appetẽdi aliquid: et simul actus renuẽdi illud. et illi actus sunt cõtrarij: ergo cõtraria sunt in eodẽ subiecto naturaliter qđ est impossibile: ergo aĩa intellectiua in hoĩe non est aĩa sensitiua. ¶ Tercio ar sic. eadẽ forma substantialis nõ hȝ simul duos actus appetẽdi: sed si aĩa intellectiua in hoĩe sil est sensitiua sil haberet duos actus appetendi: scȝ vnũ scđm sensũ et aliũ scđm intellectũ: vt sepe experimur: ergo aĩa intellectiua in hoĩe non est sensitiua. ¶ Quarto ar sic. aĩa intellectiua elicit actũ suũ libere. et aĩa sẽsitiua elicit actũ suum naturaliter in hoĩe: ergo aĩa intellectiua non est aĩa sensitiua in hoĩe. tenet ɔña q2 eadẽ forma nõ elicit sil actũ appetẽdi libere: et actũ appetẽdi naturalr. ¶ Quinto arguit sic. sensatio ẽ subiectiue in aĩa sensitiua: et nõ in aĩa intellectiua. ergo aĩa intellectiua in hoĩe nõ est aĩa sensitiua. maior est nota et minor probat. q2 si sensationes essent subiectiue in intellectiua seq̃retur q oĩs sẽsatio in hoĩe esset itellectio quod manifeste est falsum. ¶ Sexto ar sic. si sensatio esset in anima itellectiua subiectiue. sequeretur q possibile esset q aĩa sepata a corpore sentiret qđ est falsũ. probat ɔña. quia pono q deus conseruet sensationẽ in aĩa intellectiua sepata quo facto ipsa sentiret cũ per te habeat actũ sentiẽdi qđ est apte falsum. ¶ Septimo ar sic. nulla eadem forma est extẽsa et nõ extensa: sȝ aĩa sensitiua in hoĩe est extensa: et anima intellectiua non est extensa: ergo aĩa intellectiua non est sensitiua: cũ anima intellectiua non sit extensa. ¶ Octauo ar sic. homo dũ generat producit animã sensitiuã. et non producit animam intellectiuam: cum illa creetur a deo: ergo anima sensitiua in homine non est anima intellectiua. maior probatur. q2 homo non est minus perfectus q̃ sit brutum: sed brutum producit in sua generatione animam sensitiuam bruti: ergo homo in sua generatione producit animam sensi

tiuam hominis. ¶ Nono arguitur ſic. ap‑
petitus ſẽſitiuus in homine non eſt appeti
tus intellectiuus: ergo anima ſenſitiua in
homine non eſt anima intellectiua. ꝓbat̃
anteceđs. quia illi appetitus ſunt circa di‑
uerſa obiecta: ergo diſtinguũtur. ¶ Decio
arguitur anima ſenſitiua in homine requi
rit organũ corporeum immediate ad ſuam
operationẽ. ⁊ anima intellectiua non requi‑
rit organum corporeum immediate ad ſu‑
am opationẽ: ergo anima intellectiua i ho
mine nõ eſt anima ſenſitiua ¶ In oppoſitũ
arguit̃ omne animatũ tantũ habet vnã ani
mam et omnis homo tñ eſt vnũ animatũ
ergo ois homo habet tantũ vnam animã.
¶ Pro ſolutione queſtionis notandum eſt
primo ꝙ anima ſenſitiua eſt anima q̃ exit
in ſuas opationes immediate cõcurrẽte or‑
gano corporeo. vt anima in hoie cauſatiuiſi
onẽ ſenſitiuã albedinis immediate orga‑
no corporeo cõcurrẽte ſed anima intellecti
ua et eo dicitur anima intellectiua. qꝛ in
quantũ intellectiuã producit ſuas opatio‑
nes intellectiuas non cõcurrente immedi
te organo corporeo. ¶ Iſto notato pono cõ
cluſionem quam credo eſſe veram et catho‑
licam: et ſuam oppoſitam falſam et errone
am. vnde concluſio eſt iſta ala intellectiua
in hoie eſt anima ſenſitiua. iſta concluſio
probatur ſic. per illud qđ habetur geneſis
ſcđo formauit igitur dñs deus hoiem de li
mo terre et inſpirauit in faciẽ eius ſpira‑
culum vite: ⁊ factus eſt homo in animã vi
uentẽ. ex quo textu patet manifeſte ꝙ ante
ꝙ̃ deus crearet animã rationalẽ in homi‑
ne ibi non erat niſi corpus formatum de li
mo terre ſine vita: ita ꝙ nulla forma da‑
bat ei viuere donec deus dedit ei animam
intellectiuã ſic ꝙ nullã aliam. vt patet ex
textu dicente ſpiraculum et non ſpiracula
ergo ſola ala intellectiua eſt in hoie ſic ꝙ
non alia forma ſubſtantialis. ¶ Secundo
ꝓbatur iſta concluſio auctoritate beati Au
guſtini in libro de eccleſiaſticis dogmati‑
bus dicentis: neqꝫ duas animas dicimus
in hoie ſicut aliqui ſcribunt vnam animã
qua corpus animetur que mixta ſit ſangui
ni: ⁊ aliam ſpiritualẽ que rõnem miniſtrat
ſed dicimus vnã et eandẽ animã que ⁊ cor
pus ſua ſocietate viuificat: et in ſe arbitriũ
libertatẽ habet: ⁊ ſeipſam ſua rõne diſpo
nit. ex qua auctoritate patet manifeſte fu
iſſe de mẽte beati Augu. ꝙ in homine non
eſt niſi ala intellectiua. ¶ Tercio probat̃
iſta concluſio auctoritate eifſdem beati
Auguſti. decimo ſuper geneſim dicentis ꝙ
anima rationalis non ſolum carni prebet
animalẽ vitã verumetiam ſecundũ ipſam
caro aliquid concupiſcit ex quo dicto patꝫ
manifeſte ꝙ anima rationalis prebet car
ni animalem vitam. ergo fruſtra ponitur
alia ab illa in homine ¶ Quarto probatur
iſta concluſio auctoritate beati Johannis
damaſceni in libro ſcđo dicentiſ ꝙ anima
rationalis organico vtitur corpore: et eſt
vite augmentationis ſenſus et generatio‑
nis tributiua. ex qua auctoritate patet eui
denter ꝙ anima intellectiua in homine eſt
ſenſitiua: et exercet operationes ſenſitiuas
¶ Quinto probatur iſta concluſio ſic. omne
principium intrinſecum ſentiendi in ho‑
mine eſt anima ſenſitiua. ſed anima intel‑
lectiua in homine eſt principium intrinſe‑
cum ſentiendi. ğ anima intellectiua in ho
mine eſt aia ſenſitiua. maior eſt nota de ſe.
et minor probatur per beatum Auguſti‑
num in libro de ſpiritu et anima dicentẽ.
Anima eſt ſpiritus rationalis et intelle‑
ctualis: et ſecundum ſui operationis effe‑
ctum varijs nuncupatur nominibus. Dici
tur namqꝫ anima dum vegetat. ſpiritus dũ
cõtemplatur: ſenſus dum ſentit: animus
dum ſapit. mens dum intelligit: ratio dũ
diſcernit: memoria dum recordatur: volun
tas dum vult. Iſta tñ non differunt in ſub
ſtantia quẽadmodũ in nominibus. qꝛ̃ iſta
omnia aia vna eſt. ex qua auctoritate pa‑
tet euidenter ꝙ anima intellectiua in hoie
eſt ala ſenſitiua. ¶ Sexto arguitur rõne
ſic. ſi ala ſenſitiua eſſet in homie diſtincta
ab intellectiua ſequitur ꝙ ex ente in actu
completo aliquid fieret quod eſt manifeſte
falſum: ⁊ contra Ariſtotelem primo phiſi‑
coꝝ. ꝓbatur tñ conſequẽtia. qꝛ cõpoſitũ ex
materia et illa forma ſenſitiua eſt ens com
pletũ: ⁊ ex illo et anima rationali compo‑
nitur homo. ğ ex ente in actu completo ali
quid fit quod eſt falſum. ¶ Septimo argui‑
tur ſic. ſequitur ꝙ deus ex aſino et anima
rationali poſſet cõponere hominem quod
eſt impoſſibile. probatur cõſequentia. volo
ꝙ deus ſeparet alam intellectiuã homis
cõſeruãdo ſenſitiuã quã fingis. quo facto il
lud eſt vnum brutum. probatur ſic. quia eſt
animal ſenſitiuum et non intellectiuũ: ğ
eſt vnum brutũ. et ex illo ⁊ aia rõnali ꝑ te
deus põt facere hominẽ: ğ ex aſino ⁊ aña
rõnali deus põt cõponere hominem. tenet
ꝯſequentia. quia non eſt maior ratio qua
re ex vno bruto et anima rationali deꝰ põt
facere hominem ꝙ̃ ex alio. Nam ſeparata
anima rationali ⁊ alia quam fingis cõſer
uata illud animal remanens eſt eque pfe
ctum animal. et eque completum ſicut aſi‑

hus. Imo videtur ꝙ perfectius: ergo si de⁹ ex illo ⁊ anima rationali potest componere hominē: ergo ex asino ⁊ anima rationali deus potest cōponere hominem quod est impossibile. ergo aīa intellectiua in hōie est anima sensitiua. ¶ Octauo arguitur sic. si anima sensitiua in homine non esset anima intellectiua. sequeretur ꝙ ista esset falsa homo est aīal. ꝓbatur consequentia: ⁊ suppono sicut dicis ꝙ nichil est animal nisi per animā sensitiuā: ⁊ ꝙ homo non est animal per aīam intellectiuā: sed ꝑ aīam intellectiuā quam dicis distingui ab intellectiua. Hoc supposito arguitur sic. omnis propositio affirmatiua est falsa cui⁹ subiectū ⁊ ꝑdicatū non supponunt pro eodē: sed ista hō est aīal est hm̄oi: hoc supposito ꝙ intellectiua in hōie non est sensitiua: ergo ipsa est falsa. ꝓbatur minor. qz dū dicitur homo est animal ibi aīal supponit solū pro cōposito ex corpore et aīa sensitiua: vt notū est. Etiā in omni bona disciplina. et homo in illa ꝓpositione supponit ꝓ cōposito ex aīa intellectiua et ex illo cōposito ex aīa sensitiua et corpore per te. modo cōpositum ex aīa rationali et ex illo cōposito ex anima sensitiua non est compositū ex aīa sensitiua ⁊ corpore. ꝓbatur sic: qz totū non est pars eius: modo cōpositum ex aīa sensitiua ⁊ corp̄e ē pars hōis. ergo homo non est illud: ergo ista est falsa homo est aīal qđ manifeste est falsum. ¶ Nono arguitur sic. volo ꝙ deus separet aīam sensitiuā quam fingis in homine distinctam ab intellectiua conseruando animā intellectiuā hominis in corpore. Nam hoc est simpliciter possibile si ita esset sicut dicis. quo facto. quero an cōpositum ex corpore ⁊ anima intellectiua est homo: si dicaṫ ꝙ sic sicut necessario oportet dicere. ergo est animal. tenet consequētia quia omnis homo est aīal. vlterius est animal. ergo est ens habens animā sensitiuam siue est sensitiuū. tenet consequentia a genere ad suam differētiam essentialem conuertibilē cum eo. ⁊ nō est sensitiuus homo nisi per animā intellectiuam: cum per casum nullam aliam habeat. ergo anima intellectiua in hōie est anima sensitiua. ergo frustra fingitur sensitiua distincta ab intellectiua. ergo aīa intellectiua in homine est anima sensitiua. ¶ Secunda conclusio anima intellectiua que est sensitiua in homine est tota in toto et tota in qualibet parte corporis hōis. ista conclusio ꝓbatur sic omne indiuisibile vbi est totū est: sed anima rationalis est indiuisibilis: ergo anima rationalis vbi est tota est ⁊ ipsa est in qualibet parte corporis. ergo ipsa est in toto ⁊ tota in qualibet parte corporis. Unde ibi capitur totum partim cathegoreumatice ⁊ partim sincathegoreumatice: scz vt tm̄ valet ipm̄ ⁊ nichil ipsius quin illud: ita ꝙ sensus est aīa intellectiua est tota in toto corpore ⁊ tota in qualibet parte id est aīa intellectiua in qualibet parte corporis est: et nichil ipsius est quin illud sit in qualibet parte corporis. ⁊ hoc est verum: cum ipsa sit indiuisibilis. ¶ Sed cōtra istam conclusionē arguitur sic. Anima intellectiua nō est in vnguibus ⁊ capillis hōis: ergo non est in qualibet parte corporis. ¶ Scđo arguitur sic. sequeretur ꝙ idē distaret a seipso quod est falsum. ꝓbatur cōsequētia aīa hōis in capite distat a seipsa in pede. ergo idem distat a seipso quod est impossibile. ¶ Tertio arḡ sic: sequeretur ꝙ idem moueretur ⁊ quiesceret. ꝓbatur consequētia quia aīa mouetur in brachio ipsa quiescente in pede. ¶ Quarto arguitur sic. sequeretur ꝙ idem esset in diuersis locis. ꝓbatur cōsequētia qz aīa intellectiua est in capite ⁊ in pede. ergo est in diuersis locis. ¶ Quinto arguitur sic. seq̄retur ꝙ idem moueretur motibus cōtrariis. ꝓbatur ɔn̄a qz aīa intellectiua in pede aliqñ mouetur deorsum dū in brachio mouetur sursum. ¶ Sexto arḡ sic si anima intellectiua esset in qualibet parte corporis. sequeretur ꝙ quelibet pars hōis esset homo: sed hoc est falsum ergo anima intellectiua non est in qualibet parte corporis. ¶ Ad istas rationes respōdetur. ¶ Ad primā conceditur antecedens ⁊ negatur cōsequentia quia capilli et vngues non sunt partes hōis ꝓprie: sed sunt quedā partes genite ex superfluitatibus et non per susceptionē nutrimenti. Nam in hōie mortuo capilli ⁊ vngues crescunt propter resolutionē humorꝫ ergo signū est ꝙ in homine nō crescūt per susceptionem nutrimenti. et licet quis percipiat dolorem in percussione vnguiū tm̄ hoc non est eo ꝙ vnguis sentiat: sed hoc est ꝓpter subtilē carnem circūstantem que est multum sensibilis. ¶ Ad scđam negatur consequentia et ad ꝓbationem conceditur antecedēs ⁊ negatur consequētia. qz cōmittitur fallacia ignorantie elenchi. ¶ Ad tertiā negatur consequentia. ⁊ ad ꝓbationē cōceditur antecedēs et negaṫ cōsequētia. ¶ Ad quartā distinguiṫ an̄s. vł in diuersis locꝭ ɔtinuis ⁊ sic ɔcediṫ. vł discōtinuis ⁊ sic negaṫ vł aliṫ dr̄ negādo ɔn̄am. et ad ꝓbationē concediṫ an̄s ⁊ negaṫ ɔn̄a qz aīa nō ē in diuersis ꝑtibus sicut in locis diuersis: sed sicut forma

in eo cuius est forma. ¶ Ad quintam negatur cõsequentia. et ad pbationẽ cõceditur añcedens et negatur cõsequẽtia. qr moueri deorsum in pede et moueri sursum in brachio non sunt motus contrarij. ¶ Ad sextã cõceditur cõsequẽtia et hoc loquẽdo de partibus integralibus hoĩs et nõ de parte essentiali et negatur falsitas ɔsequẽtis. immo necessario opz sic dicere supposito qꝫ qlibet pars substantie sit substantia. sicut dicit Aristo. in pdicamento substantie. et probatur qꝫ necessario ita sit: sic arguendo caput hoĩs est substãtia: vt pz p Aristo. ergo est corporea vel incorporea. nõ incorporea vt notũ est ergo corporea. cõseqñtia tenet per locũ a sufficienti diuisione. Si corporea ergo corpus vt notũ est. si corpꝰ ergo aiatũ vel inanimatũ. nõ inaiatũ notũ est: ergo aiatum cum exerceat operationes vitales. Si aiatum vel est sensibile vel insensibile. nõ insensibile notuz est. ergo est sensibile cũ exerceat operatiões vitales. et si sensibile sicut necessario opz dicere est aial. et si est aimal vel rõnale vel irrõnale. Nõ irrõnale notũ est: ergo est rationale. et si est rationale: ergo est homo. tenet cõsequentia p locũ a sua differẽtia essentiali. ergo corpus hoĩs est homo. et necessario ita dicendũ est qꝫ qlibet pars integralis hoĩs est homo. et hoc absolute eapiẽdo istud nomẽ homo: scz vt est de predicamento substãtie. ¶ Et ad rõnes ante oppositũ. ¶ Ad primã negatur antecedens. et ad pbationẽ eius negatur añs. immo nulla est ibi sensatio donec aĩa rõnalis est introducta. ¶ Ad scḋam conceditur maior et negatꝰ minor. et ad pbationẽ cõcedit qꝫ in aĩa est actus appetẽdi sensus circa aliqḋ obiectũ et est actus renuẽdi intellectus circa idẽ obiectũ: sed negat qꝫ illi actus sunt cõtrarij. Nã licet actus appetẽdi aliquid circa idẽ obiectũ et actus renuẽdi eiusdẽ intellectꝰ sine organo corporee imediate cõcurrẽte sint actus ɔtrarij: et nõ possunt naturaliter esse simul in eodem intellectu: tñ actus appetẽdi aliqḋ mediãte organo corporeo intellectus: et actus renuendi eiusdẽ intellectus sine corpore imediate cõcurrẽte circa idẽ obiectũ nõ sunt actus cõtrarij: cũ nõ pducantꝰ ab eadem cã totali. ¶ Ad tertiã negat maior. vñ dĩ qꝫ nõ est incõueniens qꝫ aĩa intellectiua hẽat simꝫ vnũ actũ appetẽdi imediate concurrẽte organo corporeo et aliũ sine organo corpeo imediate cõcurrẽte. ¶ Ad quartã concedit añs et negat ɔña. nã nõ est incõueniẽs qꝫ eadẽ forma mediãte organo corporeo eliciat actũ suum naturaliter: et sine organo corpeo eliciat actũ libere. imo nec est incõueniens qꝫ sine organo corporeo cõcurrente imediate eliciat vnũ actũ naturalꝛ et aliũ libere. nã aĩa itellectiua elicit actũ intelligẽdi naturaliter dũ qs ɔspicit albedinẽ. et elicit actũ volẽdi libere. ¶ Ad quintã negat añs. immo sensatio hoĩs recipit subiectiue in aĩa intellectiua q est sensitiua. et ad pbationẽ eius negatur ɔña. qr aliqua cognitio dr cognitio sensitiua eo qꝫ ipa est cãta ɔcurrẽte imediate organo corporeo. et aliqua cognitio dr intellectio eo qꝫ est cãta nõ ɔcurrẽte imediate organo corporeo. ¶ Ad sextã negatur ɔña. et ad pbationem dr admisso casu qꝫ illa qualitas q erat sensatio non esset tũc cognitio. Nã non põt vitaliter mutare aiam nisi organum corporeũ imediate concurrat. et hoc hz ex sua natura vel dr qꝫ illa qlitas tũc nõ est cognitio sensitiua: sed intellectiua cũ p casuz p eã aĩa cognoscat nõ cõcurrente imediate organo corpeo. ¶ Ad septimã cõcedit maior et negat minor. immo aĩa sensitiua in hoĩe est inextẽsa cũ sit aĩa rõnalis q est inextẽsa. ¶ Ad octauã negat maior. immo dr qꝫ hõ pprie nichil gñat. et ad pbationẽ cõcedit añs et negat ɔña. qr hõ nullã substantiã pducit: sed ex eo dr hõ gñare eo qꝫ disponit materiã: p qlitatiuas dispõnes ad suscipiẽdã aiam intellectiuã quã deus creat. Nec ex eo dr hõ imperfectior bruto. nã angelꝰ nullã substantiã põt gñare: et tñ pter hoc non dr imperfectior bruto qḋ põt gñare. ¶ Ad nonã distinguitur añs vꝫ si appetitꝰ capiatur p actu appetẽdi et sic cõcedit añs et negat ɔña. vel si appetitꝰ capiatur p potẽtia appetitiua pncipali et sic negat añs. ¶ Ad decimã cõceditur maior et negat minor. vñ dr qꝫ aĩa intellectiua ad aliquas eius opationes reqrit imediate organũ corporeũ: vtputa ad suas sensationes rõne quarꝫ dr aĩa sensitiua. et ad aliquas eiꝰ opationes nõ requirit imediate organũ corporeũ: vtputa ad intellectiões et volitiones vel nolitiones ratione quarũ dicitur anima intellectiua.

Queritur quinquagesimo tertio vtrum in hoĩe potentia intellectiua vel sensitiua sit aĩa intellectiua. Et arꝫ qꝫ nõ et hoc sic intellectus est in aĩa intellectiua. et aĩa intellectiua non est in seipsa ergo intellectus hoĩs nõ est aĩa intellectiua. ¶ Scḋo arꝫ sic. potentie sunt multe. et aĩa intellectiua in hoĩe nõ ẽ nisi vna: ergo potẽtia aĩe nõ est aĩa. ¶ Tertio arꝫ sic. scḋm Aristotelem in scḋo ethicorꝫ tria sunt in anima: scz habitus et passio et potẽtia. ergo potẽtia aĩe est in aĩa. ergo potẽtia anime non est ipsa aĩa. ¶ Quarto

Arguitur sic. In homine potentie sensitive
distinguuntur loco situ et subiecto. et anima
non. ergo potētie sensitive non sunt aīa hoīs
¶ Quinto arguit: potentie aīe distingūū-
tur inter se: ergo etiā distinguuntur ab ipsa aīa
Añs probatur. quia intellectus hoīs non est
potentia sensitiva hoīs. ergo potētie inter se
distinguuntur. Añs pbatur. quia potentia sē-
sitiva hominis est virtus organica. et itel-
lectus nō est virtus organica. ergo intellectus
hoīs nō est potentia sensitiva hoīs. ¶ Se-
xto arguitur sic. aliqua potentia aīe est libera et
alia naturalis ergo potētie aīe inter se distin
guūtur. ¶ Septimo arguitur aliqua potentia
nō est idicativa et aliq̄ est indicativa: ergo po-
tētie aīe in hoīe distinguūtur. Añs proba
tur. quia potētia sensitiva exterior non est in
dicativa et sensitiva iterior est indicativa
ergo vna non est alia. ¶ Octavo arguitur sic. idē
nō rebellat sibiipsi: sed appetitus sensitivus
sepe rebellat appetitui intellectivo: vt patet
in ieiunātibus. ergo appetitus sensitivus in ho
mine nō est appetitus intellectivus ¶ Nono
arguitur sic. aīa opatur mediantibus suis
potentijs et nō opatur mediante seipsa. ergo
potētia anime nō est aīa. ¶ Decimo arguitur sic.
potētia aīe est i scd̄a specie qualitatis et
aīa est in pdicamento substantie. ergo poten
tia aīe nō ē aīa. ¶ Undecimo arguitur sic. anima
denoiatur potēs a potētia: et nō denoiatur
potēs a seipsa. ergo potētia aīe nō est anima.
¶ Duodecimo arguitur. si potētia aīe eēt
actus. sequeretur q potētia esset actus quod
est falsū. probatur actus et potētia distinguun
tur et sic est actus: ergo potentia anime sēp est
in actu: ergo nunq̄ cessat a sua opatiōe. ¶ De
cimo tercio arguitur sic illud qd̄ est subiective in
toto nō est aīa: sed potētia est subiective i
toto cōposito. ergo potētia aīe non est anima
minor probatur. quia opationes sensitive re-
cipiūtur subiective in toto cōposito. probatur
per Aristotelē dicentē q neq̄ anime ppriū
est sentire neq̄ corpori: sed ambobus simul.
¶ Decimo quarto arguitur sic. potētia sensitiva
est cōposita ex corpore et aīa et aīa nō est cō
posita ex corpe et anima ergo potētia sensiti-
va nō est aīa. ¶ Decimoquinto arguitur sic. actus
nō est potētia. ergo nec potētia est aīa. pbatur
ꝯsequētia. quia actus et potētia dividūt ens et
quodlibet genus entis: ergo si de anima verū
est dicere q est actus de ea non verum ē di-
cere q est potentia. Decimosexto arguitur
sic. anima non est potens seipsa. ergo ani-
ma non est potentia. Antecedens pbatur.
quia anima est potens per suam causam
efficientem. ergo non est seipsa potentia.
¶ Decimoseptimo arguitur sic. dum quis

efficitur cecus potentia visiua corrumpitur
et anima non corrūpitur: ergo potentia visiua
non est anima. ¶ Decimooctavo arguitur
sic. imago trinitatis reperit in potentijs
aīe. et tñ non reperiretur si potētie aīe essēt
ipsamet aīa. ergo potentie aīe distinguuntur
ab aīa. ¶ In oppositū arguitur potentia
materie ē materia ergo potētia aīe ē aīa.
¶ Pro solutione questionis notandum est
primo q duplex est potētia aīe: scilicet instru-
mētalis et potētia pncipalis. Uñ potentia
instrumētalis est organū bene dispositum
qualitatiuis dispōnibus: et bene cōplexio
natū quo anima vtitur in exercendo opati
ones vitales: vt organū visus dicitur potē
tia instrumētalis visus. Nā eo vtitur aīa
tanq̄ instrumēto in exercendo actus videndi:
ita q sine tali instrumento non pōt cau
sare actū videndi. Nā obiectū causat speci
es visibiles in organo visus: et aīa mediā-
tibus illis causat actū videndi: vt patet p
beatū Aug. duodecimo de trinitate dicen-
tem q q̄vis non sentiat corpus exanime:
aīa tñ cōmixta corpori p instrumentū sētit
corporeum. et idē instrumētū sensus vocatur
ex q̄ patet fuisse de mente bti aug. q nulla a-
lia potētia ab aīa disticta reqritur nisi po
tētia istrumētalis q̄ est istrumētū sētiendi. sed
potētia pncipalis ē aīa potēs pducere opa-
tiōes vitales vt potētia visiua pncipalis ē
aīa potens mediāte organo bene disposito
causare actū videndi de obiecto visibili.
¶ Isto notato ponitur cōclusio. potentia aīe
instrumētalis realiter distinguitur ab aīa
Ista cōclusio pbatur sic: oīe organū depu-
tatum ad exercēdas opationes realiter di
stinguitur ab aīa: sed oīs potētia instrumen
talis aīe est organū deputatū ad exercen
das opationes vitales: ergo potentia instru-
mētalis aīe realiter distinguitur ab aīa. ¶ Se-
cunda cōclusio est ista q̄ est de mente beati
augustini. et quā credo esse veram et suam
oppositā falsam. potentia intellectiva vo-
litiva vel sensitiva pncipalis aīe est ipsa
aīa. ista ꝯclusio pbatur sic. et primo rōne sic. eē
principiū productivū opationū vitalium
est potētia: sed aīa est principiū pductivū
opationū vitaliū. ergo aīa est potētia. maior
ē nota quia eo ipso aliq̄d dicitur potētia activa q
est alicuius opationis pductivū. et minor p-
batur. quia quocunq̄ accidēte secluso ab aīa
adhuc ipsa est productiva opationū vitaliū
ergo ipsa est potētia. ¶ Scd̄o arguitur sic potētia acti
va caliditatis ē ipsa caliditas. ergo poten-
tia activa ipsius aīe est ipsa aīa. tenet ꝯña
a simili. et añs pbatur. quia si potētia activa ca
liditatis nō esset ipsa caliditas. sequeretur

ꝙ esset accidēs inherēs ei qḋ est impossibi
le. pbať qꝛ impossibile ē ꝙ vnū accñs sit na
tū suscipere subiectiue aliud accñs. nā hoc
soli substantie ꝯuenit: vt pꝫ in serta ꝑprie
tate subāꝫ. ¶ Tercio aꝛ̄ sic. illud ꝑ qḋ sentiēs
imediate sentit ē potētia sensitiua: sꝫ aīa ē
illud ꝑ qḋ sentiens imediate sentit: ergo aīa
ē potētia sensitiua. mioꝛ pbaꝛ ꝑ scḋam dif
finitionē aīe quā daṫ Aristo. in scḋo de aīa:
que ē ꝙ aīa est ꝑncipiū sentiēdi q̄ diffinitio
nichil oīno valeret si aīa non est potentia
sēsitiua: cū diffinitio nō debeat dari ꝑ illḋ
qḋ sibi cōuenit ꝑ alterū cui ꝑmo illud con=
uenit. Nā stultū esset dicere ꝙ homo ē aīal
risibile per aliquid qḋ non est homo cui ꝑ=
mo conuenit esse risibile. ¶ Quarto arguiť.
potētia sēsitiua ꝑ te ē qualitas realiter di=
stincta ab aīa. ergo deus poterit ꝯseruare ani
mā in corꝑe hūano destruēdo illā qualita=
tē. tenet ꝯña. qꝛ omnē formā substantialē
deus pōt cōseruare in composito destructa
omi qualitate existente in illo composito.
quo posito scꝫ ꝙ aīa informet corpus hūa=
nū sine tali accidēte. volo ꝙ aliquis ꝑcuti=
at illū hoīem sicut christꝰ fuit ꝑcussus i cru
ce. quo facto quero vel ille dolet facta tali
ꝑcussione post q̄ deus omnē appetitum sen
sitiuum quem fingis esse qualitatem: ⁊ om
nē aliā potētiā deus sep̄auit vel non. Non
est dicendū ꝙ non: qꝛ omne aīatū qḋ ꝑcuti
tur qn̄ itū christus fuit ꝑcussus dolet et tri
statur. et talis homo ē hmōi: ergo talis dolet
vel tristatur. ⁊ vlterius dolet: ergo habet appe
titū sensitiuū: ⁊ ille appetitꝰ nō ē illa qua
litas quā fingis: qꝛ ꝑ casū deus sep̄auit ipꝫ
et omnē aliā potentiā. ergo ille appetitus ē
ipa aīa: ergo frustra ⁊ stulte ponitur talis ap
petitus quē fingis esse qualitatem. ¶ Quī=
to sic. ꝑ te homo appetit mediāte potētia q̄
est q̄da qualitas sicut ignis calefacit ꝑ ca=
lorem quo posito. sequetur ꝙ aliquid appe=
tit appetitu animali. ⁊ tn̄ non est aīal; qḋ
est impossibile. probo cōsequētiam. et volo
ꝙ deus sep̄et aīam sensitiuā ab hoīe conser
uando illū appetitū sensitiuum in corpore
hūano quē fingis esse potentiā que est qua=
litas. quo facto illud corpus appetet. qḋ
probatur sic. omē habens principiū imme
diatū appetēdi obiecto sibi cōuenienti p̄e
sentato appetit: ⁊ tale corpus est hmōi. ergo
illud corpꝰ appetit: ⁊ illud nō ē aīal. ergo aliquid
qḋ appetit appetitu sēsitiuo qḋ nō ē aīal.
Si dicatur ꝙ ille appetitꝰ nō erit in actū
sine anima. probatur ꝙ imo. qꝛ calor sepa=
ratus ab igne bñ erit in actū calefaciendi
sine igne imo nō cōuenit igni esse in actū
calefaciēdi nisi ꝑ calorē: sicut nec ꝑ te con=
uenit aīe appetere nisi per talem potētiā
quā fingis esse qualitatē: ergo seclusa anima
a corpore et cōseruata tali potētia adhuc
illa potentia appetitiua exibit in actum
appetēdi sicut calor ignis sine igne i actū
calefaciēdi. ⁊ sic sumpť ista ꝯña nichil vale
ret istḋ dolet ⁊ tristatur ergo hꝫ aīam qḋ eui=
dēter ē cōtra beatū Augustinū libro octogi
tatrium q̄stionū q̄stione octuagesima. vbi ip
se expresse contra apolinarē hereticū ifert
ꝙ christus vere doluit et tristatus est: ergo ve=
re habuit aīam q̄ ꝯsequentia nichil valeret
nisi anima esset appetitiua sicut ⁊ ipse po=
nit. ¶ Sexto probatur ista cōclusio euidēti
auctoritate beati Augu. Nam nulli qui do
ctrinam Augu vidit dubium est quin fue=
rit de mente eius ꝙ potētia anime est aīa.
⁊ arguitur sic. vnde scḋm ipm in libro super
genesim imꝑfecte in cecis est lux ad viden=
dam lucē. vbi expresse vult ꝙ dum quis ef=
ficitur cecus in eo non corrūpitur potentia
videndi sicut dicunt qui fingunt potentiā
esse talem qualitatem: sed manet: et nō nisi
anima. ergo talis potētia est aīa. ¶ Septi=
mo arguitur auctoritate eiusdem decimo=
quarto de ciuitate capło. xv. vbi sic ait do=
lores porro qui dicuntur anime sunt in car
ne ⁊ ex carne. quid enim caro ꝑ seipsam si=
ne anima dolet vel cōcupiscat: quasi volens
dicere nichil. ¶ Octauo aꝛ̄ sic. intellectus ē
potentia anime et est anima: voluntas est
potentia anime ⁊ est aīa: memoria est po=
tētia aīe ⁊ est aīa: ergo omnis potētia aīe est
aīa. Antecedēs pbatur euidēti auctoritate
beati Augu. decimo de trinitate capitulo
vndecimo dicētis: hec igitur tria memoria
intelligentia voluntas qm̄ non sunt tres
vite: sed vna vita: nec tres mētes sed vna
mens. ꝯsequenter vtiqꝫ nec tres substantie
sed sunt vna substantia. et paulo post dicit
quocirca tria hec eo sunt vnū quo vna vi=
ta: vna mens: vna essentia. ex qua aucto=
ritate euidenter patet fuisse de mente bea
ti Augustini ꝙ intellectus siue intelligen=
tia hominis est anima: et ꝙ voluntas est
anima et sic de alijs potentijs: ergo poten
tia anime principalis non est aliud q̄ vo=
luntas. ¶ Nono probatur eadem conclusio
auctoritate beati Aug. duodecimo de trini
tate capitulo tercio dicentis: ⁊ sicut vna ca
ro est duorū in masculo et femina sic intel=
lectum nostrum ⁊ actionem: vel consilium
et execitionē: vel rationem et appetitum ra
tionalem: vel si quo alio modo significanti
bus dici possunt vna mentis natura com=
plectitur. ex qua auctoritate euidēter pꝫ
ꝙ potentia consiliatiua est anima: ⁊ ꝙ po

tentia rationalis mens est siue aia: et q
potētia appetitiua est mens siue aia. licet
significationes illoꝝ nominū sunt diuerse.
¶ Decimo ꝓbatur ista cōclusio auctoritate
beati Aug nono de trinitate caplo quar=
to dicentis dū loquitur de potētijs anime.
igitur ipsa mens ⁊ amor ⁊ noticia eius tria
quedā sunt: ⁊ hec tria vnū sunt. ex qua au=
ctoritate exprimere vult beatus Augustinus
q illa tria noia mens amor et noticia: vt
sunt noia anime ipsam animā de materia
li significatione significant. ⁊ de significa=
tione formali important distinctos actus
ipsius anime. Unde ⁊ per diuersos proces=
sus suarum scripturaꝝ in diuersis libris si
miles sententias ponit beatus Augusti=
nus: ita q nulli qui sua scripta scrutatus
est: dubiū debet esse fuisse de mente eius q
omis potentia anime principalis est ipsa
anima: ⁊ q non dicuntur multe potētie ex
pluralitate potentiarū: sed ex pluralitate
actuū. ita q anima nō dicitur habere plu=
res potentias. eo q habet plures res que
sunt potētie: sed ex eo q potest exire in plu
res actus. ex quo patet q oēs tales ꝑdica
tiones sunt vere. potētia visiua est potētia
auditiua. et potentia olfactiua est poten=
tia gustatiua: ⁊ potentia visiua est poten
tia tactiua: et intellectus est voluntas: et
memoria ⁊ appetitiua ⁊ sic de similib᷒. licet
sunt ꝑdicationes per accidēs: vt patet sciē
ti logicā. ⁊ q aliqui posuerint talē plura=
litatē potentiaruꝫ realiter distinctarū ab
anima et ab organis: ⁊ actibus eius ꝓue=
nit ex ignorantia significationis nominū
⁊ logices. et ideo teneo cum beato Augusti
no supremo doctore q omis potentia prin
cipalis anime est aia: vt euidenter conclu
dunt rōnes ⁊ auctoritates adducte ad pro
bandam istam conclusionē. ¶ Et ad ratio
nes ante oppositū. ¶ Ad primā distingui=
tur maior vel per denoiationē ⁊ sic cōcedi=
tur: ita q ista est ꝑdicatio denolatiua ani=
ma est intellectus: vel per realem inhesio=
nem ⁊ sic negatur. ¶ Ad scd̄am distinguit
maior vel potentie instrumētales ⁊ sic con
ceditur. vel potētie pricipales et sic nega=
tur. Nam licet multa sint noia significan=
tia animā potentem ꝓpter pluralitatem
actuū eius in quos potest. tn̄ oia illa noia
de significatione materiali eandem rem si=
gnificant. ¶ Ad tertiā cōceditur q Aristo.
dicit: sed negatur q illa tria sint in aia eo
dem modo. Nam potētia aie est in anima
per denolationē. ita q ista est denolatiua
anima est potētia: sed alia duo sunt in ani
ma per realem inherentiā. ¶ Ad quartam
distinguitur maior. vel potētie instrumēta
les ⁊ sic cōceditur. vel potētie principales
et sic negatur. imo dr̄ q potētia visiua ꝑn=
cipalis hois est tota in toto ⁊ tota in qua=
libet parte. et sic dicendū est de alijs. ¶ Ad
quintā distinguitur añs. vel potētie instru
mētales ⁊ sic cōceditur. vel principales et
sic negatur. et ad ꝓbationē negatur ante=
cedēs. ⁊ ad ꝓbationē negatur antecedēs.
Imo dr̄ q intellectus hois est potētia or=
ganica: sed nō ea rōne qua dr̄ intellectus:
sed ea ratiōe qua dicitur anima sensitiua.
¶ Ad sextam cōcedit maior et etiā minor. ⁊
negatur ꝯña. qr eadē potentia est libera et
naturalis vt patet de anima intellectiua.
¶ Ad septimam negatur maior ⁊ ad ꝓba=
tionem negatur añs de rigore. sed bene se=
quitur q nō est indicatiua immediate per
organū exterius. ¶ Ad octauam distingui=
tur vel per se ⁊ sic cōceditur vel per accidēs
et sic negat. Un̄ dicitur q aia appetēs im=
mediate cōcurrente organo corporeo dicit
rebellare sibiipsi appetenti sine ipso orga=
no corporeo. ¶ Ad nonam distinguitur ma
ior vel mediantibus suis potētijs instrumē
talibus et sic conceditur. vel mediantibus
potentijs principalibus et sic negatur.
¶ Ad decimā cōceditur maior et etiam mi=
nor et negat ꝯseqn̄tia. qr eadē res est in se=
cunda spē qualitatis et in predicamento
substantie: vt patet scienti logicam. ¶ Ad
vndecimā conceditur maior et negat mior.
Nam denominat potens a seipso potens
in aliquem actum. ¶ Ad duodecimam con
ceditur ꝯña. scꝫ q potētia aie est actus. Nā
prout actuat corpus. dicitur actus: ⁊ prout
potest producere aliquē actū dr̄ potentia.
¶ Ad decimātertiā cōcedit maior et negat
minor: et ad ꝓbationē negat añs imo recipi
tur subiectiue i aia: vt patuit ex doctria bti
augu. Et ad Aristo. dr̄ q nichil aliud vult
habere nisi q aia non sentit sine corpore
⁊ hoc est verum. ¶ Ad decimāquartā negat
maior. immo potentia sensitiua homis est
indiuisibil cū sit aia rōnalis q̄ est indiuisi=
bilis.
¶ Ad decimamquintam concedit maior et
negat minor. ⁊ ad ꝓbationē eius ꝯceditur
qđ aristoteles dicit: sꝫ ipse nichil aliud vult
habere nisi q istud dicibile ens dr̄ de suis si
gnificatis possibilib᷒ mediāte verbo dicen
te actū vł mediāte verbo dicēte potētiā. nā
de olno significato entis possibili est verum
dicere q ipm ē ens vel potēē ens ¶ Ad de
cimamsextā negat maior: et ad probatio=
nem eius cōceditur antecedens et negatur
consequentia. Nam licet sit potens ꝑ suam

causam effectiuā in genere cause efficiētis tñ est potens seipsa intrinsece: cum ipsa sit potentia q̄ pōt exire in actum. ¶ Ad decimāseptimam distinguitur maior vel potētia visiua instrumētalis ꝛ sic cōcedit. vł potētia visiua pncipalis ꝛ sic negatur. ¶ Ad decimāoctauā cōcedit maior ꝛ negatur minor. Uñ nō reperitur ymago trinitatis in potentijs anime. eo ꝙ sunt plures res in anima vel in toto cōposito q̄ sunt potētie: sed qꝛ cū sit vna ꝛ eadem aīa pōt indistinctas operationes vt tangit beatus Augustinus nono de trinitate.

Queritur quinquagesimoquarto vtrū in animali pfecto sicut est homo reperiantur quinqꝫ sensus: ꝛ arᷓ ꝙ nō ꝛ hoc sic. in hoīe nō est sensus visus. pbaᷓ sic. quilibet sensus habet suū ppriū obiectū: sed visus nō hꝫ ppriū obiectū. ergo visus nō est sensus maior est nota ꝛ minor pbaᷓ qꝛ si esset aliquod tale obiectū illud esset color: sed hoc non. pbatur sic. nullus color est proprium obiectū visus: ergo color nō est ppriū obiectū visus. Aña pbaᷓ. qꝛ nec iste color est ppriū obiectū visus: nec iste color: ergo nullus color est ppriūm obiectū visus. ¶ Secundo arᷓ. lux est prima qualitas visibilis: ergo lux est ppriū obiectū visus. Aña probatur. quia inter oēs qualitates visibiles lux est prima cum conueniat primo corpori ¶ Tertio arᷓ sic. non oīa visibilia sub colore cōtinētur: ergo color nō est ppriū obiectum visus. Aña pbatur. qꝛ lux est visibilis et tñ nō cōtinetur sub colore. ¶ Quarto arᷓ sic. motus est visibilis ꝛ tñ motꝰ non est coloratus: ergo color non est ppriū obiectum visus. ¶ Quinto arᷓ sic. si auditus esset sensus in hoīe. sonꝰ esset eius ppriū obiectū: sed hoc nō: ergo auditus no est sensus. minor pbatur: qꝛ aliqd percipitur ab auditu qđ nō est sonꝰ. pbatur qꝛ silentiū pcipitur ab auditu. ꝛ tñ silentiū non est sonꝰ. ¶ Sexto arᷓ sic. si sonus esset proprium obiectum auditus. vel sonus esset subiectiue in corpore sonante vel subiectiue in medio: sed nullum est dicendum: ergo sonus nō est ppriū obiectum auditus. ¶ Septimo arᷓ sic. olfactus nō hꝫ ppriūm obiectū: ergo odoratus nō est sensus. ꝯña tenet qꝛ quilibet sensus habet ppriū obiectum. ¶ Octauo arᷓ sic. gustus est quidā tactus vt dicit aristoteles in scđo de aīa: ergo nō est sensus distinctꝰ a tactu: ergo non sunt quinqꝫ sensus exteriores. ¶ Nono arguitur sic. si tactus esset sensus vel esset vnus vel plures: sed nullū est dicēdum: ergo tactus non est sensus. ¶ Decimo sic. si tactus esset sensus vel sentiret mediante medio extrinseco vel mediante medio intrinseco: sed nullum est dicēdum: ergo tactus non est sensus: minor probatur et primo ꝙ nō mediante medio extrinseco vt notum est. Sed ꝙ nō mediante medio intrinseco probatur. quia tunc sensibile positum super sensum faceret sensationem quod tamen est falsum.

¶ In oppositum arguitur. tot sunt sensus animalis perfecti quot organis animal vtitur in suis operationibus vitalibꝰ exercendis: sed quīqꝫ organis animal perfectū sicut est homo perfectꝰ vtitur in suis operationibus exercēdis: ergo quinqꝫ sunt sensus in animali perfecto. ¶ Pro solutione questionis. Notandum est primo ꝙ hic non est sermo de sensu principali. Nam sicut diffuse probatum est in quolibet homine non est nisi vnus sensus principalis. Sed hic est sermo de sensu instrumentali q̄ anima vtitur in sentiendo. ¶ Et primo videndum est de visu. Unde organum visus est oculus ad quē protēditur quidā neruus qui originem habet in cerebro: ꝛ ptēditur vsqꝫ ad pupillam. et per illum neruū mittitur spiritus visibilis recipiens species visibiles ab humore cristallino q̄ est in pupilla: ꝛ sic videmus oculo siue organo visus tāq̄ instrumento videndi: ꝛ videmus anima tanq̄ potentia visiua: et videmus actu videndi siue visione formaliter. Unde cum dicitur ꝙ sensus est solum virtus passiua debet intelligi de sensu instrumentali. Nam ille se habet mere passiue in recipiendo species visibiles que diffundūtur vsqꝫ ad sensum cōmunem. et nō debet intelligi de sensu principali: scꝫ de potentia principali q̄ est aīa. Nam ille sensus principalis nō est solum potētia passiua in ordine ad sensationem: sed est etiam virtus actiua: cum etiam principaliter causat sensationem. ¶ Unde obiectum sensus visus est color/large capiendo colorem siue visibile. ita ꝙ quicquid percipitur visu per se est color: vel lux vel lumen. Unde ad hoc ꝙ visus videat colorem proprie dictum. aliqua requirūtur: scꝫ medium dyaphanum et lumen: ita ꝙ lumen requiritur propter medium et propter colores sed principaliter ppter colorem. quia color nō sufficit causare suā speciem in medio sine lumine. Unde lumē est species deriuata a luce per quam lux videtur mediante qua colores proprie dicti videntur. Ex quo patet ꝙ lux de se potest suam speciem multiplicare. Sed color proprie dictꝰ non potest suam speciē multiplicare nisi mediante specie lucis. ¶ Secun=

do notandū est q̄ auditus situatur in auribus. Unde organum auditus est quedā subtilis pellicula situata intra cōcauitatem auris continens aerem cōnaturalem siue corpus subtile simile aeri: in quo recipitur species audibilis: q̄ per spiritꝰ mediante neruo protenso a cerebro vsq̄ ad illā pelliculam diffunduntur vsq̄ ad sensū cōmunem situatum in cerebro. minus principaliter et in corde principaliter. Et inde ē q̄ aliquando a cerebro cadunt humores super illam pelliculam: et homo efficitur surdus ad tempus determinatum siue male audiens: et aliquando propter vehementiam soni illa pellicula corrumpitur: vel ꝓpter morbum vel propter aliquid aliud: et homo efficitur surdus. Unde medium sēsus auditus est aer. Sed eius obiectum est sonus qui causatur in aere ex collisiōe duorum corporum. et orbiculariter diffunditur ad motum aeris vsq̄ ad certum spacium. Et propter illum motū aeris contingit q̄ aliquando causatur sonus echo Nā sonus sic motus cum sono reflectitur a corpore duro: et sic videtur causari nouus sonus. Unde sonus echo bene causatur ī locis cauernosis et in siluis: eo q̄ aer bene ibi reflectitur. ¶ Notandum est tertio q̄ sensus olfactus siue odoratus situatur in naribus Unde organum olfactus situatur in duabus carunculis descendētibus a cerebro: que carunculē sunt similes duobus capitibus māmillarū per quas diffunditur spiritus vitalis: secum ducens spiritus odorabiles Unā super illas duas carunculas est quedam subtilis pellis in animalibus respirantibus que attrahendo aerem eleuatur et post deprimitur. Unde obiectum istius sensus est odor: et mediū sentiendi est aer vel aqua. Unde animalia multum olfactiua sunt animalia que paruum habent cerebrum in ordinem ad molem corporis: sicut sunt vultures: sues: canes: tygrides et multa alia animalia que multum sunt olfactiua. Sed animalia que non multum sunt olfactiua sunt animalia que habent magnum cerebrum in ordine ad molem corporis sicut sunt homines. Nam tanto cerebrum est magis tanto ibi est maior frigiditas modo frigiditas maxime impedit sēsum olfactus. et inde est q̄ homo habens caput infrigidatum male olfacit: et quia boni odores sunt calefactiui ideo confortant organum olfactus ꝛ cerebrū. ¶ Quarto notandum est q̄ gustus instrumentalis est quidam sensus. Unde organum gustus situatur in lingua cuius origo est in gutture Unde mediū gustandi est caro lingue saliuā in se habens que caro in superficie est multū porosa. vnde dicitur saliuā in se habens quia nō bene causatur gustatio sine saliua: ꝛ propter hoc habentes linguā desiccatam nō bene gustant: ꝛ etiam requiritur q̄ non sit nimis de saliua: quia quando est nimis homo non bene gustat. ꝛ ideo isti bibuli qui sequuntur tabernas indies postq̄ bene potauerunt. non bene iudicāt an bonum sit vinū. immo sepe dicēt malū vinum esse bonū ꝓpter quod vendentes vinū eis. sepe circa finem potationis eis afferūt malū vinū: vt illud equali precio possent vēdere. Unde et dictū est linguam esse membrum porosum ꝛ habere saliuam: ꝛ inde est q̄ febricitantes iudicāt vinum dulce amarum eo q̄ a stomacho ascendunt fumi indigesti qui imbibuntur in lingua que est membrum spongiosum secundum suā superficiē et cibus vel potus adueniens admiscetur cū illis humoribꝰ existētibus super lingua quo facto febricitans attrahendo cibū vel potū iudicat ipsum esse amarū Unde dictū est q̄ gustus habet originē in gutture. et inde est q̄ maior delectatio circa gustabile causatur in gutture q̄ super lingua ꝓpter quod et pollixenus ericius vt refert Aristo. in tercio ethicorū desiderabat habere guttur adeo longum sicut grus habet collum. vt maiorem delectationem ꝛ longiorem a gustabili perciperet Sed obiectum gustꝰ ē sapor. ita q̄ quicquid a gustu percipitur ē sapor. ¶ Quinto notandū est q̄ quintꝰ sēsus est tactus Unde organū tactus est quidā neruus extensus per totum corpus ad modum rhetis habens originem in corde et cerebro. Unde obiectum eius est qualitas tangibilis. sed medium eius mediante quo sentit est caro. vnde licet sit vnus ꝛ idem sensus naturaliter qui est neruus sic extensus: non tamen est vnus et idem sensus tactus formaliter quoad formam accidentalem. Nam alia est dispositio in illo neruo mediante qua anima percipit caliditatem et frigiditatem. et alia est dispositio mediante qua anima percipit humiditatem et siccitatem Nam eo q̄ sensus tactus est perceptiuus plurium contrarietatum extremarum oportet in eo esse plures dispositiones qualitatiuas per quas percipit illas extremas contrarietatēs. Unde sensus tactus est necessarius omni animali. nā ex eo q̄ tactus cōsistit ī quadam proportione et dispositione qualitatiua totius corporis: in complexionali ꝓportione naturaliter nō potest viuere ani

mal fine sensu tactus: ¶ Sexto notādum
est q̄ communiter numerantur quinq̄ sen
sus interiores: scilicet sensus communis fā
tasia: ymaginatiua: estimatiua: et mēoria
Unde ista diuisio nō datur de sensu princi
pali cum ille solū sit vnus qui est anima.
Sed datur de sensu instrumentali. Unde or
ganum sensus cōmunis est in anteriori p̄
te cerebri dextra: in qua parte anteriori de
xtra vniūtur nerui omnium sensuum exte
riorum tanq̄ in centro per quos species sē
sibilium diffunduntur ad sensum cōmunē.
Et in parte āteriori sinistra situatur orga
num fantasie. Et in media parte cerebri ver
sus anteriorē situatur ymaginatiua. et in
media versus posteriorem situatur estima
tiua. et in posteriori parte situatur mēoua
Unde licet enumerentur ista quinq̄ orga
na partialia: tamen non sunt nisi duo or
gana interiora principalia: scilicet orga
nū sensus cōmunis in anteriori parte cere
bri ꝛ organū mēorie i posteriori p̄te cerebri.
Uñ in homine aīa dicit̄ sensus communis
principalis put comparat adinuicem sen
sibilia eiusdem sensus: et sensibilia diuer
sorum sensuum. Fantasia vero est reser
uatiua specierum sensibilium. et habet iu
dicare de sensibilibus tam presentibus q̄
absentibus per species reseruatas in or
gano fantasie. et prout anima elicit ex spe
ciebus rerum sensatarum: species rerum
insensatarum dicitur estim atiua siue cogi
tatiua: et prout anima habet componere
et diuidere species rerū sensibilium adinui
cem: et etiam species rerum insensatarum
dicitur virtus ymaginatiua. Et prout ani
ma iudicat per species reseruatas de reb⁹
alias sensatis. ꝛ de tempore quo tales res
sensabantur: et de aliis circumstantiis di
citur memoria. et sic patet quomodo aīa
est sensus communis fantasia estimatiua:
ymaginatiua: et memoria: licet illa nomi
na propter diuersas operationes anime
habeant diuersas cōnotationes formales
vt patet scienti terminorum significatiōes
et cōnotationes. Uerūtamen organa par
ticularia quibus vtitur in exercendo illas
operationes sunt situaliter in cerebro disti
cta: vt dicunt communiter naturales.
¶ Conclusio responsiua in animali perfe
cto quinq̄ sūt sensus instrumētales distin
cti. ista conclusio patet ex dictis ¶ Et ad rō
nes ante oppositū. ¶ Ad primā negatur
aīs. ꝛ ad p̄bationē cōcedit̄ maior ꝛ negat̄
minor. et ad probationem eius pōt dici ne
gando ɔñam q̄ ibi arā a suppositione pso
nali ad materialem et non valet ɔña. naȝ
in ista nullus color est propriū obiectum vi
sus li color supponit personaliter. ꝛ in ista
color est obiectum visus li color supponit
materialiter et non valet consequentia. nā
illa color est obiectuȝ visus est vna de actu
exercito q̄ ponitur p̄ vna de actu signato:
scilȝ p̄ ista q̄cq̄d apprendit̄ a visu significat̄
p̄ istud nomen color: vel aliter pōt dici negā
do q̄ nullus color sit propriū ꝛ adequatum
obiectum visus. et negatur q̄ iste color de
monstrando vnum colorē non sit proprium
et adequatum obiectum visus. Nam iste
color est natus apprendi a visu: ꝛ null⁹ a
lius per prius est natus apprendi a visu: ꝛ
hoc denotatur per illam propositionem co
lor est proprium ꝛ adequatum obiectum vi
sus et sic dicendum est de similibus: ita q̄
quilibet color est proprium obiectum visus
¶ Ad secundam conceditur antecedens et
consequentia: sed negatur q̄ ex hoc sequat̄
q̄ color non est p̄prium obiectū visus ¶ Ad
tertiam distinguitur antecedens vel large
capiendo colorem et sic negatur. vel p̄prie
ꝛ sic conceditur ¶ Ad quartam conceditur
illa indefinita: et tamen motus non est co
loratus cōceditur illa indefinita et negat̄
cōsequētia Unde dicitur q̄ aliquis motus
per se percipitur a visu. vt puta motus qui
est color ꝛ aliquis motus nō percipitur a
visu: vt puta motus qui non est color. ¶ Ad
quintam conceditur maior et negatur mi
nor. et ad probationem eius negatur q̄ si
lentium percipiatur ab auditu exteriori.
tamen bene verum est q̄ dum non est son⁹
in medio sensus communis per species so
ni quas habet iudicat ibi non esse sonum
¶ Ad sextam conceditur maior et negatur
minor. Unde dicitur q̄ sonus est subiectiue
in medio: sed tamen dicimus percutiens ꝛ
percussum sonare eo q̄ causant sonum.
¶ Ad septimam negatur antecedens Un
de dicitur q̄ propriū obiectum olfactus est
odor. ¶ Ad octauā conceditur antecedens ꝛ
negatur cōsequentia. vnde dicit̄ q̄. Aristo
teles. nihil aliud vult nisi q̄ gustus assimi
latur tactui: eo q̄ sentit per medium intrane
um sicut tactus vt puta per carnem lingue
¶ Ad nonā conceditur maior et negatur
minor Unde dicitur q̄ est vnus materiali
ter: sed est plures formaliter. ¶ Ad decimā
cōceditur maior ꝛ negatur minor vnde dici
tur q̄ gustus et tactus sentiūt per mediū
intraneū: sed visus auditus et olfactus sē
tiunt per medium extraneum.

Queritur quinquagesimo quinto vtruȝ
visibile causet speciem in medio? ar
guitur q̄ non et hoc sic. si visibile causaret

speciē i medio vel generaret illā generatio
ne vniuoca vel generatione equiuoca: sed
nullū ē dicendū: ergo visibile nō causat spe:
ciem in medio. ¶ Scdo arguitur sic. non est ponē
da pluralitas sine necessitate: sed nō est ne
cesse ponere tales species in medio: cū oia
que de visu dicuntur pñt saluari sine talib⁹
speciebus: ergo non est ponēda talis spēs
in medio. ¶ Tertio arguitur sic. si esset talis speci
es: ipa esset qualitas: sed hoc nō: ergo nul
la est talis species. minor probatur. qz ois
qualitas est de aliqua spē qualitatis: sed
talis spēs non est in aliqua specie qualita
tis: ergo nō est qualitas: ergo nulla est talis spe
cies. ¶ Quarto arguitur sic. ois qualitas est spi:
ritualis vel corporalis: sed illa spēs nō est
spiritualis vel corporalis: ergo nulla est ta
lis spēs. minor probatur: et primo qz non sit
corporalis notū est. sed qz non sit spiritua:
lis probatur sic. qz percipitur a visu: vt pa
tet qñ radius solis trāsit per vitrū rubeū: er
go nō est qualitas spiritualis. ¶ Quinto arguitur
sic. si causarētur tales species i medio a vi:
sibilib⁹: sequeretur qz spēs albedinis et ni
gredinis cōtrariarētur i medio: sed hoc est
falsū: ergo illud ex quo sequitur. probat ꝯña.
qz cōtrariarū causarū sūt cōtrarij effectus:
sed albedo et nigredo sunt cause contrarie:
ergo ille species que sūt effectus albedinis
et nigredinis sunt effectus contrarij: ergo
species contrariorū existentes in medio sūt
cōtrarie. ¶ Sexto arguitur sic. ille forme sunt
contrarie q successiue habent fieri circa idē
subiectum scdm intensum et remissum: sed
species in medio sunt hmōi: ergo species in
medio sunt contrarie. ¶ Septimo arguitur
sic. ille forme que se remittunt sunt ꝯtrarie:
sed spēs albedinis et nigredinis se remit:
tunt: ergo species albedinis et nigredinis
sunt forme cōtrarie. ¶ In oppositum argui
tur per Aristotelē in scdo de aia dicentem
qz visibile prius immutat mediū qz visum:
et illa immutatio nō fit nisi per speciē cau
satam in medio: ergo visibile causat speciē
in medio. ¶ Pro solutione questionis. No
tandū est qz illud nomē species varias ha
bet significationes: tñ hic i proposito acci
pitur pro qualitate que causatur ab obiecto
in medio vel organo. Vñ spēs que causatur i
medio a sensibili est qualitas extēsa: cū sit
in subiecto materiali extenso. modo omnis
qualitas accidētalis que est in subiecto ex
tenso est extēsa: et appellatur ista species
que est i medio vel organo species sēsibilis:
non tñ ex eo qz sit sensibilis: sed ex eo qz est
aliquid requisitū ad hoc qz causetur sēsatio
Et dicitur qualitas spiritualis: non ex eo

qz sit qualitas existens subiectiue in spiri:
tu: cum sit subiectiue in medio vel organo.
Sed ex eo dicitur qualitas spiritualis: qz
licet sit materialis: non tamen percipitur
per se ab aliquo sensu. Unde visibile sic cau
sat obiectiue visionem. Nam primo immu:
tat medium mediante lumine causando in
eo species visibiles: mediātibus quib⁹ cau:
sat species visibiles in organo visus: medi
antibus quibus anima causat actum vidē
di: et sonus sic causat actum audiendi ob:
iectiue. Nam mouetur vsqz ad certam distā
tiam aeris cum aere: et aliquando perue:
nit vsqz ad auditum. adhuc vlteri⁹ vsqz ad
certam distantiam multiplicat suam speci
em per medium: que species causat alias
species in organo auditus: mediantibus
quibus anima causat actum audiendi: et
odor sic percipitur ab olfactu. Nā odor mul
tiplicatur per fumalem euaporationē vsqz
ad certum spacium: et post multiplicat ad:
huc suas spēs vsqz ad certū spaciū: et si olfa
ctus sit i medio i quo est fumalis euapora:
tio: tūc in organo olfact⁹ gñantur spēs me
diantibus quibus anima causat actū olfa
ciendi. Unde oportet dicere qz odor multi:
plicat sic species. quia non est verisimile qz
odor multiplicat fumalem eius euaporati
onem ad tantam distantiam ad quantam
olfactus aliquando percipit odorē. Nam
refert commentator auerroys tigrides ve:
nisse ad cadauera in bello grecorum a qui
gentis milliaribus: et tamen non est verisi
mile qz fumalis euaporatio corporis odori
feri multiplicetur ad tantam distantiam:
ergo oportet dicere qz species multiplican
tur. Gustabile vero causat suam speciem in
carne lingue que est medium eius sētiendi
et mediante illa causat species in organo
gustus: mediātibus quibus anima causat
actum gustandi. Sed tangibile causat suā
speciē in medio: scilicet in carne que est me
dium tangendi: et illa causat species in or
gano tactus: mediātibus quibus anima
causat actum tangendi. ¶ Isto notato po
nitur conclusio. visibile causat speciē in me
dio ista conclusio probatur sic. visibile agit
in sensum visus: ergo prius agit in mediū. te:
net ꝯña. quia agens naturale prius agit
in propinquū qz in distās: sed visibile agit
in visū: ergo prius agit in medium sibi pro
pinquum. ¶ Secundo arguitur sic. mouēs
et motum debent esse simul: vt vult Aristo.
in septimo thopicorum: sed visibile nō pōt
esse simul cū sensu nisi mediāte spē eius cau
sata in medio: cū non tangat sensum secū
dum se: ergo visibile multiplicat speciem

per mediũ per quam videtur. ¶ Tertio ar
guitur sic. experientia docet ꝙ dum radi⁹
solis transit per vitrum rubeum aliquid re
flectitur in corpore solido: et non verus co
lor. quia aer non est susceptiuus veri colo=
ris: ergo illud quod reflectitur est species
rubedinis. ¶ Quarto arguitur sic. speculũ
reflectit aliquid quod procedit a visibili et
non verum colorem: cũ ille non sit in medio
nec solum radium solis pca͂se: quia absur=
dum est dicere ꝙ homo videt se in speculo p
lumen reflexum a speculo: et per nichil ali=
ud reflexum: ergo homo videt se in speculo
mediante specie existẽte in medio que refle
ctitur a speculo. ¶ Quinto arguitur sic. ne
gare species ĩ medio est negare totam per=
spectiuam vt notum est: et tamen non est
ratio cogens ad eam negandam: ergo stul
tum est negare species in medio. ¶ Sexto
arguitur sic (et illa ratio cogit me cũ doctri
na sanctorum ad ponendas species sensi=
bilium rerum ĩ medio) magi per artem ma
gicam et per inuocationem demonũ faciũt
apparere rem presentem que est valde ab=
sens. et hoc non potest esse nisi per species
rei sensibilis: ergo talis species est causata
a re sensibili in medio. Unde dum magi ex
ercent artem vt faciant apparere aliquã
rem habent lapidem cristallinum ⁊ factis
inuocationibus dyabolicis desuper vidẽt
rem sensibilem in tali lapide sicut res vide
tur in speculo: et non vident rem absẽtem
in se immediate vt notum est: ergo vidẽt eã
per speciem reflexam in illo lapide: quam
speciem portauit dyabolus a remotis. et
quando non habent talem lapidem exer=
cẽt talẽ artẽ super vnguẽ vel super alio cor=
pore posito mediantibus quibusdam aliis
requisitis ad illam perniciosam artem: er
go oportet necessario ꝙ visibile causat speci
es in medio. Nec dubium est aristotelem fu
isse istius opinionis et eius commentato=
rem: immo et beatus Augustinus fuit illi=
us sapiẽtie decimooctauo de ciuitate vbi lo
quens de boue quem egyptii adorabant: ⁊
post mortem eius inueniebãt similem. Nã
sicut non erat magnum dyabolo fãtasma
ta vacce concipienti representare per que
fantasmata intelligit species rei sensibi=
lis tam in sensu ꝙ̃ in medio. ¶ Secunda cõ
clusio. species rerum sensibilium contraria
rum nõ sunt contrarie in medio. probatur
sic ista conclusio. quia omne visibile diffun
dit suam speciem in medio orbiculariter: er
go albedo et nigredo dum sunt iuxta se in
uicem orbiculariter diffundunt suas speci
es: et hoc non potest esse nisi diffundunt p
idem medium: ergo ille species sunt in eo
dem medio: ergo non sunt contrarie inter
se. ¶ Et ad rationes ante oppositum. Ad
primam conceditur maior: et negatur mi=
nor. Unde dicitur ꝙ visibile generat speci
em in medio generatione equiuoca. Nam
species generata in medio non est eiusdem
speciei cum visibili: et hoc loquendo de colo
re proprie dicto. Nam lux nichil generat ĩ
medio nisi lumen. nã lumen est species me
diante qua videtur lux. ¶ Ad secundam cõ
ceditur maior et negatur minor. vnde dici
tur ꝙ necessitas est illa que est dicta. ¶ Ad
tertiũ conceditur maior et negatur minor.
et ad probationem conceditur maior ⁊ ne
gatur minor. vnde dicitur ꝙ illa qualitas
est de tertia specie qualitatis. ¶ Ad quar=
tam cõceditur maior ⁊ negatur minor. Un
de dicitur ꝙ talis qualitas est materialis
siue corporalis: quia est qualitas extensa.
sed dicitur spiritualis eo ꝙ nõ percipitur
a sensu: sicut dicitur ꝙ virtus sanatiua la
ctuce est qualitas spiritualis: eo ꝙ nõ per
cipitur a sensu. ¶ Ad quintam negatur cõ
sequentia. et ad probationem distinguitur
vel causarum vniuocarum: et sic conceditur:
vel causarũ equiuocarum ⁊ sic negatur. ¶ Ad
sextã cõceditur añs ⁊ negatur cõsequentia.
¶ Ad septimam conceditur maior et nega
tur minor. immo dicitur ꝙ ille species non
se intendunt neqꝫ remittũt. ¶ Ad octauã
conceditur maior et negatur minor. immo
nullo modo se remittunt de se.

Queritur quinquagesimosexto vtrũ in=
tellectus agẽs sit forma corporis hu=
mani? Et arguitur primo ꝙ non: ⁊ hoc sic.
nulla forma separata est forma substãtia=
lis hominis: sed intellect⁹ hominis est for
ma separata: ℊ intellectus humanus nõ
est forma substãtialis corporis hũani. ma
ior est nota: et minor probat per Aristo. di
centẽ ꝙ nichil prohibet quandã partẽ aĩe
esse separatã. ¶ Scd͛o ar͛ sic. scd͛m Arist. ĩ ter
tio de aĩa sẽsus et intellectus differũt. qꝛ sẽ
sus nõ est sine corpore: sed intellectus est si
ne corpore: ℊ intellect⁹ nõ est forma substã
tialis corporis hũani. ¶ Tertio ar͛ sic. si in
tellectus esset forma substãtialis hoĩs: seq͛
retur ꝙ intellect⁹ esset forma substãtialis
materialis: sꝫ hoc est falsũ: ℊ et illud ex quo
sequit͛. probat͛ ꝯña. intellect⁹ oĩs formas
materiales cognoscit: ℊ intellect⁹ nõ ẽ for
ma materialis. tꝫ ꝯña. qꝛ cognoscẽs debet
eẽ denudatũ a maĩa recepti. ℊ si itellectus
cognoscit forãs maĩales: intellect⁹ nõ est
forma materialis. ¶ Quarto ar͛ sic. oĩe in
telligẽs forãs separatas est forã sepata: sꝫ

itellectus intelligit formas sepatas. ergo
intellectus est forma sepata. ¶ Quinto arguit
sic. ois forma q̄ in sua opatione nō indiget
organo corporeo est forma separata: sed i
tellect⁹ i sua opatione nō indiget organo
corporeo: ergo itellect⁹ nō est forma substā
tialis hōis. tenet ꝯña. quia per hoc intel
ctus differt a sensu. ¶ Sexto arguitur sic.
intellectus humanus operatur sepe non
concurrente corpore humano: ergo intelle
ctus non est forma substantialis hominis
tenet ꝯña. q: forma corporis non operatur
nisi mediante corpore. ¶ Septimo argui
tur sic. nulla virt⁹ infatigabilis i sua opa
tione est forma substātialis alicui⁹ corporis
sed intellectus humanus est virt⁹ infatiga
bilis in sua opatione: g̊ intellect⁹ human⁹
nō est forma substātialis alicui⁹ corporis
ꝯña tenet: q: p hoc forma separata differt
a forma in materia. ¶ Octauo arguit sic.
omnis forma animalis debilitat p excellēs
obiectū eius: sed intellect⁹ nō debilitatur
p excellens obiectū eius. imo fortificatur
ergo intellectus non est forma substantia
lis corporis. ¶ Nono arguitur sic. virtus
cognoscens suū actū nō est forma substan
tialis alicuius corporis: sed intellectus hu
man⁹ est virtus cognoscens actū suū: ergo
intellectus humanus nō est forma substā
tialis corporis humani. ¶ Decimo argui
tur sic. ois virt⁹ intelligēs tā vniuersalit
q̄ singulariter est forma imaterialis: sed
intellect⁹ est virtus intelligēs tā vniuersa
liter q̄ singulariter. g̊ intellect⁹ est virtus
imaterialis: g̊ non est forma substantialis
corporis humani. ¶ Undecimo arguit sic. ois
virtus intelligēs tā absentia q̄ presentia
est virt⁹ immaterialis: sed intellect⁹ itel
ligit tā absētia q̄ presentia. g̊ intellectus
est virt⁹ imaterialis: ergo nō est forma sub
stantialis corporis humani. ¶ Duodeci
mo arguit sic. nulla virtus libera est forma ma
terialis: sed itellect⁹ est virtus libera: ergo
itellect⁹ nō est forma materialis hominis
ꝯña tenet. q: forma materialis agit natu
raliter et non libere. ¶ Decimo tercio arguit
sic. nulla virt⁹ discursiua est virt⁹ materia
lis: sz intellect⁹ est virt⁹ discursiua: ergo in
tellectus nō est virt⁹ materialis. ¶ Deci
mo quarto arguit sic. ois forma substantia
lis alicuius corporis est educta de potētia
materie: sed intellect⁹ agens nō est educt⁹
de potētia materie: ergo itellect⁹ agēs nō
est forma materialis alicuius corporis
¶ Decimo q̄nto arguit sic. nulla virtus iu
dicans infinita est forma corporis: sz itel
lect⁹ est forma iudicās infinita; ergo non est
forma corporis. minor pbat. q: intellectus
iudicās de vniuersali propōne iudicat infi
nita. ¶ Decimo sexto arguit sic omnis for
ma corporis corrumpitur ad corruptionem
cōpositi: sed intellectus humanus non cor
rumpitur ad corruptionē cōpositi. ergo in
tellectus humanus non est forma corporis
¶ Decimo septimo arguit sic. omīs forma
corporis cōmunicat ei suum effectū forma
lem: sed intellectus non communicat cor
pori suū effectū formalem. ergo intellectus
non est forma corporis: minor pbat. quia
ista non est vera corpus intelligit. ¶ Deci
mo octauo arguitur sic. vnus & idē intelle
ctus numero est in omnibus hoibus: ergo
intellectus non est forma substantialis ho
minis. ꝯña tenet. quia vna & eadem forma
substantialis nō est in omnibus hominib⁹
Añs pbat. quia intellectus est perpetuus
ergo nō est nisi vnus. tenet ꝯña. q: perpe
tua non multiplicantur in eadē spē. ¶ De
cimo nono arguit sic. intellect⁹ est imaterialis
ergo nō est nisi vnus. ꝯña pbatur. q: multi
plicatio fit per materiam cum materia sit
principiū indiuiduationis. ¶ Uigesimo ar
guitur sic. nullum perpetuū multiplicatur
ad multiplicationē generabiliū & corrup
tibiliū: sed intellectus est perpetuus ergo
nō multiplicatur ad multiplicationē gene
rabiliū et corruptibilium: ergo tm̄ est vnus
intellectus humanus in omnibus hoibus
¶ Uigesimo primo arguit sic. in quolibet
orbe celesti sufficit vna intelligentia ad ip
sum mouendum: ergo etiā in oibus hoib⁹
sufficit vnus intellect⁹ vt p ipm̄ omnes ho
mines intelligant. tenet ꝯña. q: eque suf
ficiens est vnus intellectus ad mouendum
oēs homines ad intelligendū sicut vna
intelligentia ad mouēdum orbē. ¶ Uige
simo scdo arguit sic si intellectus esset for
ma substātialis sequeretur q intellectus
agens esset intellectus passibilis: sed hoc
est falsum. pbatur falsitas ꝯñtis. quia tūc
idē esset agens & patiens: mouēs & mobile
respectu eiusdem qd est impossibile. ¶ In
oppositū arguit sic. omnis actus actuans
corpus humanū est forma substātialis ho
minis: sed intellectus hois est huiusmodi:
ergo intellectus humanus est forma sub
stantialis hominis. ¶ Pro solutiōe questi
onis Notandum est primo q anima ratio
nalis denominat diuersis denolationib⁹
ppter diuersas eius operationes. nam ip
sa denominatur actus substantialis put
ipsa actuat siue informat corpus: et deno
minatur sensus pncipalis siue potētia sensi
tiua prout mediantib⁹ organis corporeis

exercet operationes vitales sensitiuas. et
denominatur potētia vegetatiua prout ex
ercet opationes vegetatiuas. ⁊ denolatur
intellectus prout format in se cognitiones
tam vniuersales q̄ singulares. et denomi-
natur ratio prout discernit et discurrit et
denominatur voluntas prout libere elicit
actum volendi vel nolendi: et denominaꝛ
intellectus speculatiuus prout exit in actū
speculandi. et, denominatur intellectus
practicus prout mediante noticia practi-
ca ostendit quomodo operandum est.
Et denominatur intellectus agens prout
actiue mediante obiecto vel specie eius a-
git intellectionem. et denominatur intel-
lectus passibilis siue passiuus prout est na
tus in se recipere intellectionem: et sic di-
cēdū est de alijs denominationibus. vnde
omnia ista nominia supponūt p eadē ani
ma rationali et simplici et indiuisibili: et
cōnotant diuersas eius operationes. Nā
ppter ei⁹ diuersas opationes denominaꝛ
varijs denominationibus: vt pꝫ sciētī logi
cam ⁊ naturalē philosophiam. ¶ Isto no
tato ponitꝛ cōclusio. intellectus humanus
est forma substātialis corporis. ista cōclu-
sio probatꝛ sic: et pmo suppono q̄ q̄libet du
arum diffinitionū anime dataꝝ ab Arist,
est bona. quo supposito arguitur sic. Omē
principiū intrinsecū quo aliqd homo intel-
ligit est forma substantialis corporis: sed
intellect⁹ est principiū intrinsecū quo ho-
mo intelligit: ergo intellectus humanus
est forma substantialis corporis. maior est
nota. et minor pbatꝛ p scđam diffinitionē
anime quā dat Aristo. que talis est. anima
est principiū quo aliqd sentit moueꝛ vel in
telligit. ex qua diffinitione pꝫ euidenter
q̄ aliqua anima est pncipiū intrinsecū quo
compositū intelligit ⁊ illa non est aliud q̄
intellectus: ergo intellectus est forma sub
stantialis corporis humani. ¶ Secundo
arguitꝛ sic. omne aliud per qđ homo essenti
aliter differt ab alia est principiū intrinse
cum et essentiale ipsius hominis sed intel
lectus siue anima rationalis: nā pro eodē
accipio: cū supponāt pro eadē re est illud
per quod essētialiter homo differt ab alio
ergo intellectus est forma substātialis ho
minis. maior probatꝛ. q2 compositū differt
ab alia per suā ptem essentialem. Sed mi-
nor etiam probatur. q2 homo essentialiter
differt a lapide per hoc q̄ homo est intelle
ctiuus et lapis non: vt notum est: ergo ho
mo differt ab eo per intellectum tanq̄ per
suā partē essentialē eius. ergo intellect⁹
est forma substantialis corporis humani.
¶ Tertio arguitꝛ sic: pma diffinitio anime
conuenit intellectui: ergo intellect⁹ est for
ma substantialis corporis. ꝯña est clara. ⁊
añs pbatꝛ. q2 post diffinitionē aīe Aristo.
dicit q̄ ex illa diffinitiōe facile pōt haberi
diffinitio aīe intellectiue. et diffinitio aīe
sensitiue: et diffinitio aīe vegetatiue: ex q̄
dicto patet manifeste q̄ de mente Aristo.
fuit q̄ anima intellectiua siue intellectus
est forma substantialis hoīs: sicut ⁊ aīa sē
sitiua ē forma substātialis bruti. ¶ Quar-
to arguitꝛ sic. sicut se habet diffinitio figu-
re ad oēs figuras ita se hꝫ diffinitio anime
ad omnes animas: sed diffinitio figure cō
uenit omī figure: ergo diffinitio anime cō
uenit omī anime: ergo diffinitio anime cō
uenit intellectui: sicut expresse concludit
Aristo. in scđo de aīa. nā facta illa compa
ratione inter animas quibus cōuenit dif
finitio anime expresse ponit intellectum
ergo intellectus ē forma substantialis ho-
minis. ¶ Quinto arguitꝛ sic. aliqua forma
substantialis manet post corruptionē com
positi: ⁊ illa nō est alia forma substātialis
q̄ intellectus: ergo intellect⁹ ē forma sub
stantialis. maior probatur per Aristote-
lem duodecimo methaphisice qui conclu-
dit q̄ aliqua forma manet post corruptio-
nem compositi. et minor probatur per eun
dem dicentem. Sed dubium est vtrum ali-
qua talis causa formalis remaneat post
corruptionem compositi. Si autē et poste-
rius aliquid manet perscrutandum est: ⁊
dicit in quibusdam enim nichil prohibet.
vt est anima tale scilꝫ remanens post. nō
omnis sed intellectus. ex quo dicto patet
manifeste fuisse de mente Aristotelis q̄ in-
tellectus est forma substantialis remanēs.
post corruptionem compositi: ergo intelle
ctus est forma substantialis hominis.
¶ Sexto arguitur sic. per operationes
bruti arguo brutum habere animam sensi-
tiuam tanq̄ partem essentialem: ergo per
operationes hominis que sunt intellige-
re et velle arguo hominem habere intelle-
ctum tanq̄ partem essentialem. tenet con
sequentia. quia vnumquodq̄ compositum
arguimus habere talem formam substan
tialem per suas proprias operationes: er
go cum proprie operationes hominis sunt
intelligere et velle, sequitur q̄ efficiuntur
ab intellectu tanq̄ a forma substātiali ip
sius hominis. ¶ Septimo probatur ista
conclusio ex textu sacre scripture. nam ma
nifeste potest probari per illud genesis se-

cando formauit deus hominem de limo ter
re. et inspirauit i faciem eius spiraculū vi
te: et factus est homo in animam viuentē.
ex quo potest haberi euidenter ꝙ per ani=
mam intellectiuam quam deus dedit hoi
factus est homo viuens. Unde et infinitis
passibus sacrescripture haberi potest ꝙ in
tellectus est forma substātialis corporis.
¶ Octauo arguitur sic: et iudicio meo est ar
gumentū euidens. omne illud per quod hō
bene vel male agit est forma substantialis
hominis: sed per itellectum liberum homo
bene vel male agit vt notum est: ergo intel
lectus liber est forma substantialis homi=
nis. maior probatur. quia per nullū agens
extrinsecum suscipiēs actus bonos vel ma
los homo dicitur bonus vel malus. Nam si
ita esset sequeretur ꝙ sortes dicerek bonus
vel malus eo ꝙ plato in se recipit actū bo
num vel malum: quod est absurdum mani
feste: ergo si intellectus liber sit extrinsecꝰ
homini: ita ꝙ non sit pars essentialis eiꝰ:
homo per ipsum non dicetur bonus vel ma
lus plusꝗ̃ nauis diceretur bona vel mala
moraliter: eo ꝙ nauta sibi coexistit. et mi=
nor de se patet. quia eo ꝙ dicimus hominē
bene vel male agere quia habet intellectū
liberum: ergo necessario oportet dicere ꝙ
intellectus liber est forma substātialis ho
minis. ¶ Nono arguitur sic. si intellectus
non esset forma substantialis hominis: sꝫ
solum coexisteret ei: sequeretur ꝙ asinꝰ pos
set esse rationalis: sed hoc est impossibile in
bona philosophia. probo consequentiam.
quia per te in iuuentute non coexistit iuue=
ni siue infanti: et postea aduenit ei. ¶ Ar
guitur sic. Non minus intellectus potest
coexistere asino ꝗ̃ homini: cum per te non
informet materiam hominis. ponatur er=
go ꝙ coexistat asino: quo facto asinꝰ est ra
tionalis. probo sic. anteꝗ̃ intellectus coe=
xisteret infanti illud animal vtputa infās
non erat rationale: ⁊ postꝗ̃ coexistit: illud
animal dicitur rationale per te: ergo eodē
modo postꝗ̃ intellectus coexistit asino sine
informatione asinꝰ dicetur rationalis: qđ
est impossibile. ergo necessario habes dice=
re ꝙ intellectus humanus est forma substā
tialis corporis. ¶ Decimo arguitur sic. vel
infans ante aduentum illius intellectus
quem fingis est homo vel brutum: si dicatur
ꝙ est homo sicut necessario oportet dicere:
ergo est animal rationale. et vlteriꝰ est ani
mal rationale: ergo habet intellectum. te=
net consequentia. quia nulla forma est ra
tionalis nisi itellectus: ergo falsum est ꝙ
intellectus postea ad tempus aduenit ei.

Si dicatur ꝙ infans non est homo: ergo se
quitur ꝙ est brutum. tenet cōsequentia. qr
omne animal est homo vel brutum: sed per
te infans non est homo: ergo infās est bru
tum. et vlterius infans est brutum: ergo in
fans non habebit intellectum. tenet conse
quētia. quia nullum brutum est natum in=
telligere vt notum est: et infans est brutum
per te: cū non habeat intellectum: ergo nō
est natus intelligere. tenet ꝯña. quia de ra
tione bruti est nō posse intelligere: ergo in
fans non poterit intelligere: ergo necessa
rio habes dicere ꝙ intellectꝰ est forma sub
stantialis hominis. ¶ Undecimo arguitur
sic. omne quod potest exire in aliquas ope=
rationes sibi proprias habet a pricipio na
tiuitatis eius principiū intrinsecū ꝑ quod
tēpore determinato potest exire i illas ope
rationes: sed infans pōt tp̄e determinato
exire in actū intelligendi et volendi: ergo
infans a principio natiuitatis habet i se
principiū intrinsecū et essentiale per quod
potest exire tp̄e determinato in actū intel=
ligendi et volendi. maior probatur inducti
ue in omnibus compositis. Nam bos tem=
pore determinato potest exire in actum ge
nerandi: eo ꝙ a principio natiuitatis ha
bet principium intrinsecum et essentiale ꝑ
quod potest tempore determinato exire in
actum generandi bouem. et sic de aliis ani
malibus dicendum est: ergo cum propria
operatio hominis sit intelligere et velle: se
quitur ꝙ homo a principio natiuitatis ha
bet principium intrinsecum per quod tem
pore determinato potest exire in actum in=
telligendi et volendi. et illud principium
essentiale non est aliud ꝗ̃ intellectus: er
go intellectus est forma substantialis et es
sētialis hominis. ¶ Duodecimo arguitur
sic. proprius finis hominis consistit in ali
quo quod est intrinsecum homini vt patet
per Aristotelem primo ethicorum: sed ali=
qua operatio intellectus liberi est propriꝰ
finis hominis secundum Aristotelem: er=
go illa consistit subiectiue in aliquo quod
est principium intrinsecum hominis: et il=
lud principium non est aliud ꝗ̃ intellectꝰ
humanus: ergo intellectus humanus est
principium intrinsecum hominis: ergo est
eius forma substantialis. Nam sicut tan
git Aristoteles in primo ethicorum: absur
dum esset ꝙ felicitas humana consisteret i
aliqua operatione extrinseca: scilicet que
prouenit ex parte alicuius quod non est in
trinsecū homini: cū tunc homo non dicerek
felix. Nam nullus dicik felix per operatio
nē alicuius agētis quod est sibi extrinsecū:

quod tamen oporteret dicere si intellectus non esset forma substantialis hominis: ergo intellectus non est forma substātialis. ¶ Decimotertio arguitur sic. anima est immortalis vt vult Aristoteles in primo thopicorum et non nisi anima que est intellectus vt notum est: ergo intellectus est anima hominis: ergo est eius forma substantialis: ergo eius intellectus humanus est forma substantialis corporis humani siue hominis. ¶ Secunda conclusio. nullus et idem intellectus numero est ī omnibus hominibus: et stulte opinatus est auerroys. Unde ista conclusio dependet a prima: et potest sic probari. nulla forma substantialis eadem numero est in omnibus hominibus: sed intellectus est forma substantialis hominis vt probatum est per primā cōclusionem: ergo idem intellectus human⁹ est idem numero in omnibus hominibus.

¶ Secundo arguitur sic. sortes potest intelligere platone non intelligente: ergo intellectus sortis non est intellectus platonis. Antecedens probatur per experientiā manifestam. probatur cōsequentia. quia si intellectus sortis est intellectus platonis: ergo omnis intellectio sortis est intellectus platonis. probo istam consequentiam sic. intellectio vniuersalis sortis est subiectiue in intellectu sortis. probatur. quia non potest esse subiectiue in sensu: quia tunc sens⁹ cognosceret vniuersaliter: quod est falsum: ergo est subiectiue in intellectu sortis: et ille idem intellectus per te est in platone: ergo intellectus sortis est in platone. tenet consequentia. quia vbi est subiectum: ibi est accidens quod ei inheret: ergo dum sortes intelligit per aliquam intellectionem: per eandem intelligit plato: cum eadem sit in ambobus. ergo non est maior ratio quare sortes intelligit illa ītellectione q̃ plato: cum eque bene illa intellectio sit in platone sicut ī sorte. ergo nunq̃ sortes potest intelligere quin in eodem tempore intelligat plato. quod euidenter est contra experientiam. ergo euidenter falsum est eundem intellectū numero esse in omnibus homīb⁹.

¶ Tertio arguitur sic. sortes potest scire aliquid quod plato non potest scire naturaliter. ergo non est idem intellectus numero ī sorte et in platone. Antecedens probatur per experientiā. Nam sortes potest euidenter cogitationes suas cognoscere: ⁊ tamen plato nō potest euidenter cognoscere cogitationes sortis. ergo non est idem intellectus in sorte et platone. cōsequentia probatur. quia si intellectus sortis est intellect⁹ platonis: ergo cogitatio sortis est cogitatio platonis: cum sit subiectiue in intellectu platonis: ergo plato eque bene cognoscit cogitationem sortis existentem in ītellectu suo sicut sortes cognoscit suam cogitationem: quod est euidenter falsum: ergo est eundem intellectum numero esse in omnibus hominibus. ¶ Quarto arguitur sic. si esset vnus et idem intellectus in omnibus hominibus: sequeretur ꝙ discipul⁹ nichil de nouo addisceret a magistro perito et ātiquo. probo cōsequentiam. quia per te intellectus magistri est in discipulo: et scientia magistri est subiectiue in intellectu magistri vt notum est. nam scientia conclusionū vniuersalium est subiectiue in intellectu: ergo scientia magistri est ī intellectu discipuli: cum sit vnus et idem intellectus magistri et discipuli. tenet consequētia. quia vbicunq̧ est subiectum indiuisibile: ibi est act⁹ eius: vlterius scientia magistri est intellectus discipuli: ergo discipulus est eque sciens sicut magister vt notum est: cum habeat eandem scientiam. hoc autem est euidēter falsum et contra experientiam: ergo euidenter est falsum ꝙ in omnibus homīb⁹ sit idem intellectus in numero. nec valet dicere ꝙ magister scit eo ꝙ in eo intellectus copulatur cum fantasmatibus et in discipulo non. Nam hoc nichil facit. probatur quia siue copuletur siue non eadem scientia est vit aliter in discipulo sicut in magistro: et implicat contradictionem ꝙ intellect⁹ magistri exeat in actum sciendi quin intellectus discipuli exeat in actum sciendi: cū sit vnus et idem intellectus per te in magistro ⁊ in discipulo: ergo nunq̃ magister alicui cōclusioni assentit: quin discipulus eidē assentiat: quod euidenter est falsum et erroneum. ergo erroneum est ꝙ sit vnus ⁊ idē intellectus numero in omnibus hominibus. ¶ Quinto arguitur sic. sortes intelligit spiritualia: vt pura intelligētias: et nō per copulationem ad fantasma: vt notum est: cum spiritualia non generent fantasma. Nam omne fantasma per te est passio sensus. modo spirituale non generat fantasma in sensu: cum omne fantasma sit rei sensibilis: ergo sortes non intelligit spiritualia per copulationē intellectus ad fantasma. ergo intellectus sortis intelligit illa per se sine aliqua copulatione: ⁊ eodem tp̄e contingit ꝙ plato nō intelligit illa: ergo non est vnus et idem intellectus numero in sorte et in platone. tenet ꝯña. quia si esset vnus et idem numero: sortes non posset itelligere spiritualia nisi plato simul co

gnosceret eadē: cū diuersitas nō possit sal-
uari per fantasmavt probatum est: ergo si
sortes intelligit spiritualia necessario seq̄
tur ꝙ plato simul eadē intelligit quod est
manifeste falsum: ⁊ contra experientiā na
turalē. ꝗ erroneū est in phylosophia dicere
ꝙ vnus et idē intellectꝰ numero est i olbꝰ
hoibus. ¶ Sexto arguit sic. et suppono ꝙ
opiniones ꝯtrarioꝝ siue ꝯtradictorioꝝ
sūt cōtrarie vt vult Aristoteles quarto me
thaphisice: et in scđo periarmenias. ita ꝙ
assensus cōtrarioꝝ vel cōtradictorioꝝ
sūt cōtrarij: ita ꝙ impossibile est eundē itel
lectū assentire simul ꝯtradictorijs. ꝗ suppo
sito ar̄ sic. bene sequitur vnus et idē intelle-
ctus numero est in omnibꝰ hominibus: ergo
ꝯtraria sunt in eodē qđ est impossibile na-
turaliter scđm aristotelem quarto metha-
phisice. ꝓbatur ꝯña q2 volo ꝙ plato ⁊ ari-
stoteles sint simul ⁊ ꝙ plato assentiat isti
vniuersali. oē cōtinuū ꝯponit ex īdiuisibili-
bꝰ. Nā multi philosophi hoc tenuerūt ⁊ for
te etiā plato. et ꝙ simul aristoteles assenti
at isti euident cōtinuū nō cōponit ex indi-
uisibilibus ꝓpter demōstrationē quam ipse
facit in sexto phisicoꝝ. quo facto iste assen-
sus quē habet plato de isto oē cōtinuū ꝯpo
nit ex indiuisibilibus est in intellectu pla-
tonis: vt notū est. q2 assensus ꝓpositionis
vniuersalis nō recipit in sensu: cum sensus
non iudicet vniuersalit. ergo recipitur in i-
tellectu. et assensus quem habet Aristote-
les de ista cōtinuū nō cōponitur ex indiui-
sibilibꝰ est in eodē itellectu: cū per te idē i-
tellectꝰ numero sit in sorte et platone. ⁊ il-
li assensus sunt cōtrarij vt de se notum est
ergo qualitates cōtrarie sūt simul in eodē
subiecto: sc3 in eodē intellectu qđ naturali
ter est impossibile. nec aliquid facit fantas
ma q2 siue cōcurrat fantasma siue non illi
assensus recipiūtur subiectiue in eodem in-
tellectu: cū sint assensus ꝓpositionum vni-
uersalium. ¶ Septimo ar̄ sic. si est idē intel
lectꝰ in olbꝰ hoibꝰ sequit ꝙ idē intellectus
scit ⁊ tñ errat circa idem: qđ est impossibile
ꝓbo ꝯñam q2 intellectꝰ sortis iudicat ista3
esse veram deus est ens incorporeum. et ita
est: ꝗ intellectus sortis vere assentit. ⁊ itel
lectus machometi iudicat deū esse corpore-
um: sicut fecit in alchorano qui sicut porcꝰ
impudentissimus posuit deum esse corpore
um: et sic iudicando errat. et assensus verus
sortis est in intellectu sortis. et error ma-
chometi de contradictorio obiecto est in eo-
dem intellectu subiectiue: cum idem intelle
ctus sit in sorte ⁊ machometo per te: ꝗ idem
intellectus numero quē tu ponis errat. cu3
false assentiat: ⁊ non errat cum contradi
ctorio illius falsi assentiat: ergo errat ⁊ nō
errat quod est impossibile: ergo relinquitur
ꝙ erroneum est dicere ꝙ vnus et idem intel
lectus numero est in omnibus hominibus.
¶ Octauo arguitur sic. si esset vnus ⁊ idem
intellectus numero in omnibus hominibꝰ:
ergo et eadem voluntas: cū per te et scđm
veritatē eadē res sit intellectꝰ et volūtas:
sed hoc ē impossibile naturaliter: ꝗ im pos-
sibile est naturaliter ꝙ vnus et idem intel
lectus numero sit in omnibus hominibus.
probatur impossibilitas. q2 tūc sequeretur
ꝙ idē esset felix et beatus i vita hūana: et
valde miser. probo ꝯñam. q2 intellectꝰ Ari
stotelis est felix in vita humana: ergo ha-
bet in se summas virtutes et beatitudinē.
Nam oīa ista requiruntur ad felicitatē. et
idē intellectus est miser. probatur sic: et ca
pio aliquē3 hoiem valde malū sicut ipse di
cit in comento super decimo ethicoꝝ ꝙ ali
qui sūt tam mali: vt non possint cōuerti: et
sit ille eodē tpe quo est aristoteles. quo sup
posito ar̄ sic. intellectus aristotelis est felix:
ergo voluntas eius est valde iusta et bona
et eadē volūtas per te est i illo iniquo hoie
ergo est valde iniusta. Nā ille iniquus non
est iniquus nisi per suā iniquitatē. ergo ea
dem voluntas numero est iusta et iniusta:
quod est impossibile felix et non felix. et ꝙ
eadē voluntas est mala: beata: et non bea
ta. que oīa sunt impossibilia. ergo relinquit
ꝙ nullus vnus et idem intellectus numero
est in omnibus hominibus sicut euidenter
concludūt iste rationes i lumine naturali.
nec auerroys tenendo vnum ⁊ eundē intel
lectū esse in omnibus hominibus fuit i hoc
philosophus: sed sacrilegus et purus insa
nus. Unde iste due conclusiones fuerūt de
clarate tanq̄ vere in consilio vienensi sub
clemente quinto et opposite tanq̄ false et
heretice fuerunt damnate. ¶ Et ad ratio
nes ante oppositum. Ad primam concedi-
tur maior ⁊ negatur minor. et ad probatio
nem conceditur qđ Aristoteles dicit: ⁊ nega
tur consequentia. quia Aristoteles nichil
aliud vult habere nisi ꝙ intellectus est for
ma que per corruptionem hominis sepa-
ratur a materia: et manet post separatio
nem: et hoc est verum. ¶ Ad tertiam con-
ceditur consequentia: et negatur fallitas
consequentis. et ad probationem concedi-
tur antecedens: et negatur consequentia.
¶ Ad quartam negatur maior tanq̄ falsa:
licet bene sequatur ꝙ est separabile. ¶ Ad
quintam conceditur maior et negatur mi-
nor. Unde dicitur ꝙ intellectus i aliquibꝰ

operationibus exercendis indiget immedi
ate organo corporeo puta in exercendis
opationibus sensitiuis ⁊ vegetatiuis. et in
aliquibus nõ indiget imediate organo cor
poreo. puta in exercendis opationibus itel
lectiuis. ¶ Ad sextã distinguitur ancedẽs
vel non concurrente immediate organo et
sic conceditur: vel mediate ⁊ sic negatur.
¶ Ad septimã negatur maior. nam intelle
ctus in aliquibus opationibus fatigatur:
⁊ in aliquib⁹ nõ. ¶ Ad octauam distinguit
maior vel forma extensa ⁊ sic cõcedit: vel
simplex forma ⁊ sic negatur. ¶ Ad nonam
negatur maior. ¶ Ad decimã distinguitur
maior quia dupliciter aliqua forã dicit im-
materialis. Uno mõ qr est olno separata
a materia: ita q non põt informare mate
riam: ⁊ sic angelus dr forma immaterialis
et sic cõceditur maior: sꝫ negatur q illo mõ
intellectus sit virtus immaterialis. Alio
mõ aliqua virt⁹ dr imaterialis qr est inex
tensa ⁊ sic cõcedit minor ⁊ negatur cõsequẽ
tia. ¶ Ad vndecimã dicit sĩr. ¶ Ad duode-
cimam distinguitur maior qr dupliciter ali
qua forma dr materialis. Uno mõ quia est
forma extensa ⁊ diuisibilis. ⁊ sic intellect⁹
nõ est virt⁹ siue forma materialis. Alio mõ
dicit forma materialis siue virtus quia est
forma nata informare materiam siue sit
forma diuisibilis siue indiuisibilis et sic ne-
gatur maior. Ad decimãtertiã dr similiter
¶ Ad decimãquartã negatur maior. nam
forma intellectus est forma corporis hu-
mani. ⁊ tñ non educitur de potentia mate
rie: sed creatur a deo. ¶ Ad decimamquin-
tã negatur maior. ⁊ hoc capiendo infinita
sincathegoreumatice: ⁊ cõceditur minor. nã
intellectus habendo iudiciũ de ista omnis
homo est risibilis habet vnũ iudiciũ qđ est
distincte iudiciũ illius vniuersalis: et est in
distincte iudiciũ omniũ hoim. ¶ Ad decimã
sextam negatur maior. immo dicitur q in-
tellectus hũan⁹ est forma cõpositi. ⁊ tñ nõ
corrumpit ad corruptionẽ ꝯpositi. ¶ Ad de
cimam septimam conceditur maior et nega
tur minor. imo dr q intellectus cõicat toti
cõposito denolationẽ cõcretiuã. Nam ho-
mo est intelligens. ¶ Ad decimamoctauã
negatur antecedẽs. ⁊ ad probationẽ ꝯce-
ditur q intellectus est ꝑpetuus a pte post
et negatur consequentia. ¶ Ad decimãno-
nam cõceditur antecedens et negatur con
sequentia. et negatur q omnis multipli-
catio fiat per materiam et negatur q ma-
teria sola sit principium indiuiduationis
immo dicitur q nullũ est principium idiui
duationis distinctum ab aliis principiis.

Nam sortes seipso est indiuiduum eo q est
materia ⁊ forma que sunt vnũ indiuiduum
et angelus seipso est indiuiduũ licet itel-
lectus hũanus non sit suppositũ. Nam sup
positũ est ens per se existens nõ natum fa-
cere vnum cum alio nulli natũ inherere ⁊ et
a nullo sustentatũ. modo non sic est de in-
tellectu humano cũ sit natus facere vnum
cum corpore. ¶ Ad vigesimam negatur ma
ior. immo perpetuũ a parte post multipli-
catur. ¶ Ad vigesimamprimã cõceditur an
tecedens ⁊ negatur cõsequẽtia. qr homies
non sunt cõtinui sicut partes vnius orbis
¶ Ad vigesimamscðam conceditur antece
dens ⁊ negat ꝯsequentia ⁊ ad pbationem
eius cõceditur antecedẽs ⁊ negat cõsequen
tia qr hoc non est inconueniens qr sepe ita
est. Nam qñ aqua seipsam reducit de cali-
ditate in frigiditatẽ: ita est q idẽ est agẽs
et patiens. et qñ voluntas humana vult
idem est agens ⁊ patiens ⁊ similiter dicẽ-
dum est de potentia sensitiua.

Queritur quinquagesimoseptimo vtrũ
organa quinqꝫ sensuum aptentur
quattuor elementis. ita q organum visus
sit de natura aque: ⁊ organum auditus de
natura aeris. et gustus et tactus de na tu-
ra terre. ⁊ olfactus etiam de natura aeris.
Et arguitur q non et hoc sic organum vis⁹
est de natura ignis. ergo nõ est de natura aq̃
Antecedens probatur. qr visus debet esse de
natura illius elemẽti qđ est maxime dya-
phanũ: sꝫ ignis est hmõi: ergo organũ vis⁹
est de natura ignis. ¶ Secundo arguitur
sic. dum quis percutitur sup oculo videntur
ei apparere scintille. et hoc non esset nisi or
ganum visus esset de natura ignis. ergo orga
num visus est de natura ignis. ¶ Tercio
arguit sic. organũ visus est de natura aeris:
ergo non de natura aque. Antecedens p-
batur. qr mediũ vidẽdi est aer. ergo organum
debet esse de natura aeris. tenet cõsequen
tia qr mediũ sentiendi ⁊ organũ debent eẽ
eiusdẽ nature. ¶ Quarto sic. visus est de na
tura elementi in quo magis consistit vita:
sed in aere magis cõsistit vita saltim terre
strium: ergo visus est de natura aeris. ¶ Quin
to arguit sic. pars maior oculi est de natu-
ra aeris. ergo organũ visus est de natura ae-
ris. Antecedens probat quia maior pars
oculi est quoddã album pingue quod est de
natura aeris: ergo organum visus est de
natura aeris. ¶ Sexto arguitur sic. or
ganum visus est de natura illius elementi
ad cuius motum mouetur: sed organum
visus mouetur ad motum terre: ergo or-

ganum visus est de natura terre. ¶Septi
mo arguitur sic. omne mixtum perfectū est
de natura terre: vt vult Aristoteles quar:
to metheoroꝝ: sed organū visus est mixtū
ꝑfectū: ergo organū visus est de natura ter
re. ¶Octauo arguitur sic. si organū visus
esset de natura aque seqretur ꝙ non vide
remus aquā: sed hoc est falsum. ꝓbatur cō:
sequentia: quia scđm Aristote. sensus reci:
piens debet esse denudatus a natura rece
pti sensibilis. ¶Nono arguitur sic. si orga
num visus esset de natura aque hoc esset
eo ꝙ aqua est corpus dyaphanū: sed aer
eque bene est corp⁹ dyaphanū sicut aqua
ergo non est maior ratio quare est magis
de natura aq̄ ꝙ̄ aeris. ¶Decimo arguitur
sic. organū visus destruitur per magnum
frig⁹: ergo nō est de natura aque. tenet cō:
sequentia quia si esset de natura aque po:
tius confortaretur per frigus. ¶Undeci:
mo arguitur sic. organum audit⁹ est de na
tura ignis. ergo non est de natura aeris.
Antecedens ꝓbatur. quia sonus melius et
facilius diffunditur per ignē ꝙ̄ per aerē:
cum ignis sit magis rarus. ¶Duodecimo
arguitur sic. organum olfactus est de na:
tura ignis: vt videtur velle Aristoteles. er
go non est de natura aeris. ¶Decimo ter:
tio arguitur sic. gustus et tactus non ha:
bent qualitates terre: ergo nō sunt de na:
tura terre. ¶In oppositū arguit per Ari:
stotelem in libro de sensu ⁊ sensato. ¶Pro
solutione questionis notandum est primo
ꝙ dupliciter pōt intelligi ꝙ aliquod orga
num sit de natura alicuius elementi. Uno
modo quia habeat formam substantialem
alicuius elementi. et sic nullum organum
est de natura alicuius elemēti: cū nullum
tale habeat formā substantialē alicui⁹ ele
mēti. Alio mō pōt intelligi ꝙ aliqđ orga:
num sit de natura alicui⁹ elementi quo ad
qualitatiuam dispositionem: ita ꝙ habet
aliquam qualitatiuam dispositionem ma
gis similem vni qualitatiue dispositioni
vnius elementi: et non dispositioni alte:
rius. et sic dicitur ꝙ organum illo modo
est de natura vnius elementi et non de na
tura alterius elementi. et sic dicitur ꝙ or:
ganum visus est de natura aque: vt dicit
Aristoteles. et ꝓbatur sic. Nam si eruatur
oculus exibit aqua ab oculo: ergo signum
est ꝙ organum visus est de natura aque.
¶Secundo probatur sic. oculi in iuueni:
bus sunt clari et frigidi. modo claritas et
frigiditas sunt de natura aque: ergo si:
gnum est ꝙ organum visus est de natura
aque. ¶Tertio probatur sic. in habentib⁹
sāguinē circa illud qđ assimilat̄ aque na:
tura ordinauit albū et pigue qđ bn̄ resistit
cōgelationi: ⁊ i nō habētibus sanguinē or
dinauit pellē durā ad ꝯseruationē organi:
ergo signū est ꝙ organū visus est de natura
aque. Un̄ videm⁹ ꝙ i oculo apparet cristal
linus humor refulgēs: ergo signū est ꝙ or
ganum visus est de natura aque. Tn̄ dupli
citer pōt apparere fulgor i oculo. Uno mo:
do fulgor oculi proprij. et talis fulgor ap
paret dū quis cōprimit oculū. nā eo ꝙ ocu:
lus est corpus politū et valde tersum qn̄ lu
men per cōpressionē ab vna parte i aliā re:
frāgitur apparet ibi fulgor: ita ꝙ aliqn̄ ap
paret vnus alius oculus: vt facile probari
pōt. ¶Secūdo modo pōt apparere fulgor
alterius oculi. et talis sepe apparet dū qs
aspicit i oculū alterius. imo quis sepe specu
lari pōt faciē suā in oculo alterius: et hoc
i pupilla q̄ tn̄ est paruū corpus: ꝙ̄ signum
est cū talis humor cristallinus refrāgat lu
mē sicut aqua quod est de natura aque. vn̄
sicut naturales dicunt organum visus cō:
ponitur ex septem pellibus subtilib⁹. Nā
a cerebro procedunt duo nerui se intercecā
tes: ita ꝙ neruus qui procedit a parte dex
tra tendit in sinistrā: et qui procedit a par
te sinistra tendit in dexterā. et in summita
te illius nerui fundatur organū visus com
positū ex septem pelliculis. Nā pars exte
rior illius nerui est grossior ꝙ̄ sit in radice
eius: ita ꝙ tanto magis tēdit ad extra tā
to est grossior. ⁊ visio non causatur i prima
parte. sed solū dū species sensibilis est in se
prima pellicula versus cerebrū. Nam tunc
illa species cito diffūditur ad sensum com:
munem. Sed hic accidūt alique parue que:
stiones. ¶Queritur primo quare aliqui ha
bent claros oculos et pulcros: et nichil vi
dent? respondetur ꝙ causa est quia illi ner
ui in quibus fundatur organum visus sūt
fracti: et per eos nō possunt spiritus requi
siti ad videndum diffundi: nec species sen:
sibiles. ¶Secundo queritur quare illi ner
ui sunt concaui? Respondetur vt species sē
sibiles: et spiritus: et lumen per eos pos:
sint multiplicari. ¶Tertio queritur qua:
re basiliscus dum videtur necat homines:
et quare mulier menstruosa inficit specu:
lum: et quare lupus de prope visus red:
dit hominem raucum sicut michi contigit
semel dum eram puer
¶Ad primū dicitur ꝙ basiliscus est serpēs
que reperitur in cyreneica regiōe incedēs
recte cōtra morē alioꝝ serpētū: q̄ sibilo suo
fugat alios serpētes ⁊ saxa p q̄ transit frā
git: et herbam per quam transit adurit

et hominem visu necat. Unde causa quare necat hominem non est actus videndi: sed causa est quia ab oculis eius qui grossi sunt emanant fumi venenosi qui diffunduntur per aerem: et sic homo respirando attrahit aerem: et subito propter veneni fortitudinem inficitur letaliter. ¶ Ad secundam dicitur quod dum mulier est in menstruo ab oculis eius emanant grossi fumi et indigesti: qui diffunduntur per aerem et dum attingant corpus politum maculant illud. sicut fumus ignis maculat nostrum caminum. ¶ Ad tertium dicitur quod lupus est animal multum rapax: et dum multa cadauera repperit tamen comedit vt cibus aliquando per octo dies sit in eius stomacho. et ibi fetet: et inmittit infectos fumos per aerem: qui attracti ingrossant humores in gutture. et sic homo qui attraxit efficitur raucus. ¶ Quarto queritur quare oculi magni citius infirmantur quam oculi parui. ad hoc dicitur eo quod natura est magis rara: et ideo est magis passibilis. ¶ Quinto queritur quare habentes paruos oculos et fixos in capite melius vident quam habentes oculos ad extra. ad hoc dicitur quod hoc est eo quod habentes oculos fixos et paruos habent eos bene radicatos in neruo visus: ideo bene vident. sed habentes oculos ad extra habent eos male radicatos in neruo visus. ideo non bene vident ¶ Sexto queritur quare existens in loco obscuro videt existentem in loco claro. et tamen existens in loco claro non videt ipsum. Ad hoc dicitur quod hoc est quia tanto radius mediante quo fit visio recedit a visu tanto est debilior: et ideo debilitatur nimis in obscuro. ideo existens in loco claro non videt existentem in obscuro: vel non bene videt eum. sed existens in loco obscuro videt existentem in loco claro eo quod radius mediante quo videt est debilis iuxta visum. et fortificatur per lumen dum venit ad locum clarum. et ideo propter illam fortificationem videt existentem in loco claro. ¶ Septimo queritur quare existentes de die in profundis puteis vident stellas in celo. et existentes extra puteum non vident eas. Ad hoc dicitur quod hoc est: quia lumen solis non cadit nisi per paruum radium in oculos eorum: et cum stelle multiplicant eque bene lumen de die sicut de nocte lumen eorum non impeditur in puteo per paruum lumen solis. ideo illi vident: et non existentes extra propter magnum lumen solis. ¶ Octauo queritur quare aliqua animalia melius vident rem a remotis quam prope: et aliqua econuerso. Ad hoc dicitur quod hoc est eo quod aliqua animalia habent spiritum visibilem fortem: et clarum: et illa animalia vident rem a remotis: et bene iudicant. vt sunt animalia que ex rapinis viuunt. Alia sunt animalia que habent paucum spiritum et turbidum: et talia animalia nec vident remote: nec perfecte prope. Alia sunt animalia que habent paucum spiritum et clarum. et talia bene vident prope et bene discernunt: sed non vident remote. Alia sunt animalia que habent spiritum visibilem multum et turbidum: et talia bene vident propinqua et remota: sed neutrum eorum perfecte discernunt. ¶ Nono queritur quare aliqua animalia videnт de nocte et non de die. Ad hoc dicitur quod causa est quia talia animalia habent magnos oculos et raros et debiles. qui facile leduntur a magno lumine: et non a paruo. ideo vident de nocte et non de die: vt patet de bubone et de quibusdam aliis auibus. ¶ Decimo queritur quare aliqua animalia vident de nocte et aliqua non. Ad hoc dicitur quod causa est quia aliqua animalia habent oculos multum lucidos: ita vt sufficienter eis illuminent medium ante se et habent cum hoc forte spiritum visibilem. ideo vident de nocte vt sunt lupi/catti/ et canes/ et multa alia animalia Sed alia non habent oculos tam lucidos nec spiritum visibilem tam fortem. ideo non vident de nocte vel non bene vident. ¶ Secundo notandum est quod organum auditus est de natura aeris a dominio. vnde organum auditus non est auris vt vulgares existimant: sed est quoddam intra concauitatem auris compositum ex subtili pellicula et quodam subtili neruo existente intra eam. Unde illa pellicula appellatur tympanum: vt prius dictum est. Unde illud organum auditus debet esse immobile et insonabile. vnde auditio fit mediante organo. Nam a corpore sonante causatur sonus in medio: scilicet in aere qui aer mouetur vsque ad concauitatem auditus. et ille sonus causat speciem audibilem in illo organo mediante qua anima causat actum audiendi: vel quando aer non mouetur ad tantam distantiam multiplicat suas species per aerem vsque ad organum auditus. Sed queritur primo quomodo sonus qui peruenit vsque ad organum auditus percipitur: cum sensibile positum supra sensum non faciat sensationem. Ad hoc dicitur quod ille sonus non est subiectiue in organo: sed in aere sibi extrinseco mediante quo causatur species in organo. ¶ Secundo queritur quare homo melius audit de nocte quam de die. Ad hoc respondetur quod hoc est eo quod aer est magis tranquillus propter solis absentiam. Nam communiter non sunt tot venti de nocte sicut de die: nec tot vapores: nec tot motus in aere. ¶ Tercio queritur quare continens anhelitum melius audit quam non continens. Ad hoc dicitur quod causa

sa est qꝛ qñ quis emittit anhelitum causat paruū sonū impedientem ne tā ꝑfecte percipiat alterū sicut faceret sine eo. ¶ Quarto queritur quare natura apposuit aurem capiti: cū non sit organum auditus? Ad hoc dr̄ ꝙ hoc ideo est qꝛ mediū audiendi est aer motus. ⁊ melius retinetur ꝑ cōcauitatem ꝙ̄ sine concauitate: vt melius causet spēm audibilem in organo. ¶ Quinto queritur quare auris cōponitur ex cartaligine et ex carne? Ad hoc dr̄ ꝙ causa est si auris esset olno ex carne tunc nimis facile flecteretur ⁊ clauderetur. ⁊ si esset olno ex cartaligine eēt nimis dura: ⁊ cito lederet̄ ꝑ extrinsecum. ideo natura bene ordinauit vt sit ex carne et cartaligine ne facile illa patiat̄. ¶ Sexto queritur quare foramē auris non est rectum sʒ sunt ibi tortuositates Ad hoc respondet̄ ꝙ causa est qꝛ si foramen esset sine illis tortuositatibus in aure aer velocit̄ intraret qꝛ propter nimiū impetū eiꝰ lederet organū auditus ⁊ tandem corrūperet ⁊ ideo ordinauit natura ibi illas tortuositates ne aer nimis impetuose intret ne lędat auditum et vt ibi aer diutiꝰ immoretur ad causandum actū audiendi. ¶ Septimo querit̄ quare illud foramen est factū in osse et non in carne Ad hoc dr̄ ꝙ causa est quia si esset ex carne facile clauderetur.

¶ Octauo queritur quare multa bruta hn̄t magnas aures respectu hoīs? Ad hoc dr̄ ꝙ causa est qꝛ habent organū auditꝰ multū profundū in capite. ideo requiritur ad hoc ꝙ audiāt ꝙ multus aer intret: ⁊ sic requiritur magna auris ad capiendū multum de aere. ¶ Tercio notandum est ꝙ organū olfactus etiā est a dominio de natura aeris: ita ꝙ cōuenit cū aere in hoc ꝙ est facile recipere. Uñ organū olfactus situatur iuxta cerebrū: ita ꝙ ibi sicut prius dictū est sunt due carnūcule ad modū paruaꝝ mammillarū: et sup eas est q̄dā subtilis pellis que eleuat̄ et deprimit̄ respirando: ⁊ hoc in aialibus respirantibꝰ: sed in nō respirātibꝰ sicut in piscibus qui odorant sine respiratione nō est talis pellicula ¶ Sed q̄ritur p̄mo quare in hyeme minꝰ odorantꝰ ꝙ̄ in estate quo ad distantiam? Ad hoc dr̄ ꝙ hoc est eo quia in hyeme aer est densior ꝙ̄ in estate ⁊ minus mobilis: ideo odor non potest tam bene diffundi ꝑ fumalē euaporationem ꝑ mediū: ⁊ in estate aer est calidus ⁊ magis rarus ⁊ mobilis: ideo odor per fumalem euaporationem melius diffunditur per medium. ¶ Secundo queritur quare flores melius odorant in hyeme dum sunt prope nares ꝙ̄ in estate? Ad hoc respondetur ꝙ causa est quia in hyeme aer est magis densus ⁊ resistit ne fumalis euaporatio dispergatur: immo eam vnit: et ideo propter hoc odor qui diffunditur mediante fumali euaporatione cum non sit dispersus melius ꝑcipitur ꝙ̄ in estate in medio raro in quo dispergitur. ¶ Tercio queritur quare stercus tanto magis manet in intestino tanto fetet minus: et vrina tanto magis manet in vesica tanto magis fetet? Ad hoc dicitur ꝙ hoc est: eo qꝛ q̄nto stercus magis manet in intestinis tanto magis desiccatur et fumi resoluuntur. ideo minus fetet: sed tanto vrina magis manet in vesica ipsa magis putrescit cū calor agat in humidū: ideo tanto magis fetet. ¶ Quarto q̄ritur quare cadauera magis fetent in estate ꝙ̄ in hyeme? Ad hoc respondetur ꝙ hoc ideo est qꝛ calor solis multū agit in humidū et facit ipsum cadauer fumare: ⁊ mediantibꝰ illis fumis magnus fetor ꝑ aerē diffunditur: sʒ in hyeme frigiditas obstruit et restringit et destruit illos fumos: ideo cadauer non tot fetores emittit ¶ Quinto querit̄ quare homo habens nasum simū habet anhelitū fetidū? Ad hoc dr̄ ꝙ hoc est eo ꝙ aer attractꝰ ad pulmonē diu propter nariū stricturam ibi immoratur: ⁊ ibi putrefit: ⁊ ibi immiscetur fumis fetidis. ¶ Sexto querit̄ quare homo postq̄ꝫ multū sudat melius odorat ꝙ̄ ante Ad hoc dicitur ꝙ hoc est: eo qꝛ ꝑ sudorē nares purgātur et meatꝰ nariū mediāte quo fit odoratio aperit̄. ⁊ sic odor faciliꝰ multiplicatur vsqꝫ ad organum olfactus: ideo melius causatur actus odorandi. ¶ Quarto notandū est ꝙ organū gustus et organum tactus sunt a dominio de natura terre. nō est tamen intelligendū ꝙ habeant formā substantialē terre. Sʒ dicuntur de natura terre eo ꝙ hn̄t ꝯuenientiā cum terra in hoc ꝙ est esse forte et grossum. Nā cum tactus et gustus sunt necessarij aiali. ita ꝙ nullū aial naturaliter pōt viuere sine ipsis: requiritur ꝙ in ipsis sit magna resistentia Uñ organum tactus sicut prius dictum est: est quidā neruus extensus ꝑ totum corpus ad modū rhetis: habēs suā originem in corde et recipit mediantibus suis qualitatibus species sēsibiles qualitatum tangibilium Sed organum gustus est quidam neruus extensus per totam linguā: ita ꝙ est pars organi tactus. Sed scd̄m aliam dispositionem percipit qualitates tangibiles: et scd̄m aliam dispositionē percipit sapores ¶ Sed queritur quare organum tactus est extensum per totum corpus et non aliis quod aliud organum sensus? Ad hoc re-

spondetur q causa est quia cum qualitates prime sint multum actiue et corruptiue animalis oportuit animal habere tactum in omni parte integrali eius: vt contraria et corruptiua possit euitare: sed in plantis non oportuit esse tactũ. Nam plãte habent forte complexionem per quã possunt resistere. ¶ Secundo queritur quare homo magis terretur si tangatur ab alio q̃ si tangatur a seipso. ¶ Ad hoc dicitur q causa est quia tactus proprius est ei magis proportionatus et conueniens q̃ tactus alienus. ¶ Tercio queritur quare homo magis turbatur dum tangitur sub assellis q̃ in aliis partibus. respondetur q causa est quia caro est ibi magis tenera et magis porosa: et pellis subtilior: ideo facilius homo in illa parte percipit: et causatur titillatio eo q illa pars non est cõsueta tangi ¶ Quarto queritur quare corpora calida in hyeme tacta percipiuntur calidiora q̃ in estate. ¶ Ad hoc dicitur q causa est quia in hyeme calor vnitur et fortificatur per antiperistasim: sed in estate calor dispergitur cum in medio non reperiat contrarium. hõ in hyeme corpora calida percipiuntur calidiora. ¶ Quinto notandum est q obiecta sensuum sic generantur. Nam color proprie dictus generaẽ ex actione quatuor qualitatum primarum mediãtibus quibusdã dispositionibus mixtorũ. Sed sonus generatur in medio ex percussione percussi et percutiẽtis. Sed odor generatur ex commixtione sicci cum humido quod quidam humidũ digeriẽ a calido sed sapor generatur per siccum siccitate terrestri digestum a calido cõmixtum cum humido aqueo. Sed qualitas tangibilis generatur a suo simili. vt caliditas a caliditate: siccitas a siccitate: frigiditas a frigiditate: humiditas ab humiditate: vel generaẽ aliqñ a pñcipio intrinseco ꝯpositi: vel lumine vel influentia celi. Sed lux q̃ visu percipitur in corporibus celestibus est genita a principio mundi. et lux in aliquibus mixtis generatur a qualitatibus primis mediante influentia celi. ¶ Conclusio responsiua organum visus q̃ ad maiorem conuenientiã est de natura aque. et organum auditus et organum olfactus sunt de natura aeris. et organũ gustus et organum tactus sũt de natura terre. ista cõclusio patet ex dictis. ¶ Et ad rationes ante oppositũ. ¶ Ad primã negaẽ añs. et ad probationem negatur maior quia hoc non sufficit: sed requiritur q sit bene retentiuum: modo licet ignis sit dyaphanum corpus non tamen est retentiuus. ¶ Ad secundã conceditur maior et negatur minor. quia hoc est eo q vna pars oculi valde polita reflectitur super aliam politam: ideo apparet fulgor. ¶ Ad terciã negatur antecedens. et ad probationẽ conceditur antecedens et negatur consequentia. quia aer non est bene retentiuus. ¶ Ad quartam negatur maior. dicitur q non oportet. ¶ Ad quintam distinguitur vel pars que est de essentia organi et sic negatur: vel pars oculi que non est de essentia oculi et sic conceditur. Unde sicut dictum est illud album ponitur ad conseruandum oculum siue organum visus. ¶ Ad sextam negatur antecedens: non enim oportet q si organum visus moueatur ad motum animalis decorsũ q sit de natura terre: licet animal quo ad principaliores partes corporis sit de natura terre. ¶ Ad septimam dicitur q hoc est verum de mixto totali quo ad principaliores partes. ¶ Ad octauam negatur ꝯñam et ad probationem conceditur antecedens et negatur consequentia. Nam visus sic est denudatus a natura aque quod non est aqua. ¶ Ad nonam dicitur q non solum propter hoc: sed quia est bene receptiuum sicut aqua: et corpus dyaphanum sicut aqua et bene retentiuum. ¶ Ad decimam conceditur antecedens et negatur consequentia. quia hoc est eo q conseruatiuum oculi corrumpitur. ¶ Ad vndecimam negatur añs. et ad ꝓbationẽ ꝯcediẽ añs. et negaẽ ꝯña: quia ignis non eque bene proportionatur auditui sicut aer cũ nõ eque bene retineat sicut aer. ¶ Ad duodecimam negatur añs. et ad probationem dicitur q Aristoteles hoc dixit recitando opiniones antiquorum qui credebant organa multiplicari cõformiter ad elemẽta. ¶ Ad decimamterciam negatur añs et negaẽ ꝯña. Nã nõ dicuntur de natura terre eo q habeant eius qualitates saltim omnes: sed quia bñ retinent sicut terra et sũt corpora solida et dura sicut terra ideo ꝓpter hoc dicitur de natura terre.

Queritur quiquagesimooctauo. vtrum memoria sit circa preteritum? Et arguitur primo q non et hoc sic. memoria non est circa illud quod non est: sed preteritum nõ est: ergo memoria non est circa preteritum ¶ Secũdo arguitur sic. de presentibus memoramur ergo memoria est eque bene circa presens sicut circa preteritum ¶ Tercio arguitur sic. presẽs mouet memoriam. ergo memoria est circa presens. ¶ Quarto arguitur sic. potentia cognitiua est circa presens ergo memoria est circa presens ꝯña tenet. quia potentia cognitiua et memoria sunt circa idem.

¶ Quinto arguit sic. sensus exterior est cir-
ca rem presentem: ergo memoria est circa
rem presentē. tenet consequentia quia sen
sus exterior et memoria debent esse circa
idem. ¶ Sexto arguitur sic: si memoria es-
set circa preteritum: vel esset inquantum
est virtus reseruatiua vel inquantum est
virtus representatiua: sed nullū est dicen-
dum ergo memoria non est circa preteritū.
minor probatur quia si inquantum repre-
sentatiua eodem modo fantasia esset circa
preteritum. et si dicatur ꝙ inquantum re-
seruatiua: ergo tūc erit circa presens: eo ꝙ
presens tunc reseruatur. ¶ Septimo argui
tur sic. memoria est circa speciem reserua-
tam. ⁊ illa est presens ergo memoria est cir
ca presens. ¶ Octauo arguitur sic. quis
potest memorari ꝙ antichristus erit ergo
memoria aliqua est circa futurū. ¶ In op-
positum arguitur per Aristotelem in libro de me-
moria et reminiscētia. ¶ Pro solutione que
stionis notandum est primo. ꝙ tripliciter
capitur memoria. ¶ Uno modo pro poten-
tia memoratiua et illo modo memoria est
aīa potens memorari. ¶ Secūdo modo capit
memoria pro organo mediāte quo aīa me-
moratur ⁊ sic capitur dū dicit ꝙ memoria
est in posteriori pte capitis. ¶ Tertio mo-
do capitur memoria pro actu memorandi
⁊ sic capit Aristoteles dum dicit ꝙ memo-
ria est passio alicuius cum factum fuerit tē-
pus. Unde illo modo reperitur tam in bru
tis q̄ in hominibus. nō tñ in oībus brutis
reperitur memoria perfecta. Nam quedam
sunt aīalia q̄ bene apprehendunt presens:
et raro preteritū. Unde memoria est vt di-
cit Aristoteles passio sensus ⁊ non sensus
exterioris ergo est passio sensus interioris:
scʒ sensus cōis. Unde memoria fit isto mo-
do. Nam res sensibilis causat speciem in
sensu exteriori q̄ diffunditur ad sensum cō
munē ⁊ reseruatur in memoria. ⁊ dum illa
species se offert sensui cōi sensus cōis me-
moratur de re presentata per talē speciem
Uñ illa species vt dicit Aristoteles se habet
sicut pictura. nā dū quis intuetur imaginē
depictā vel sculptā: ⁊ scit cuius rei est ima-
go: ipse memoratur mediāte imagine de re
cuius est illa imago: ita ⁊ sensus cōis dum
intuetur speciem rei quā alias vidit memo
ratur rei cuius est imago ⁊ intellectus dum
intuetur speciem intelligibilem memora-
tur rei cuius est talis species. Unde hic pn
cipaliter intenditur de memoria sensitiua.
Unde ad hoc ꝙ homo bene memoretur re-
quiritur ꝙ cesset ab alijs perturbationibus
⁊ operationibus: et ꝓpter hoc illi qui sunt
in magno motu non bene possunt memo-
rari: vt sunt ebrij egroti et timidi. Nam ta
les habēt in se tam magnos motus vt spe
cies q̄ sunt in organo memorandi pertur
bentur: taliter q̄ nō possunt se offerre po-
tentie memoratiue. Unde et hec est causa
quare pueri etiam non sunt bene memo-
ratiui. Nam in ipsis sunt magne altera-
tiones propter nutrimentum: et propter
calidum sanguinem: et illi motus destruūt
species vel multum perturbant: et sic puer
non potest bene exire in actum memoran-
di. Similiter senes sunt male memoratiui.
nam in ipsis carnes sunt dure ⁊ cerebrum
infrigidatur: et ideo species sensibiles pro
pter nimiam duriciem ⁊ frigiditatem non
possunt bene imprimi: nec impresse possunt
bene moueri: vt mediantibus illis causetur
actus memorandi. Sed quereret aliquis
qui non sunt bene memoratiui. Ad hoc di-
citur ꝙ pueri et senes vt dictum est et ho-
mines habentes carnes molles ⁊ cerebrū
fluxibile sunt male memoratiui. Nam ta-
les sunt veloces ad cito intelligendū et ad
suscipiendū subtilia: sed ea male retinent
propter facilē fluxum qui fit in cerebro et
in spiritibus. ¶ Secūdo dr̄ ꝙ illi qui habent
carnes multum duras ⁊ cerebrū nimis du-
rum sunt male memoratiui. Nam propter
magnā duriciem species sensibiles nō pñt
bene imprimi. et ideo tales sunt male me-
moratiui: ⁊ inepti ad scientias. Sed bene
memoratiui sunt qui habent carnes suffi-
cienter subtiles ⁊ magnā retentiuā in cere
bro. ¶ Secūdo quereret aliquis quid oportet
facere ad bene memorandum de exteriori-
bus. Ad hoc dicitur vt dicit Aristoteles.
oportet discurrere de loco in locum. vt si q̄s
nudiustertius perdidit aliquam rem debet
discurrere. vbi fuit hesterna die ⁊ vbi erat
tali hora et cum quibus et sic de die in diē
et tandem memorabitur. vbi ⁊ quando ta
lem rem pdidit. vnde ex dictis patet quot
requiruntur ad hoc ꝙ aliquis memoretur.
Nam tria requirūtur representatiua. Pri-
mum representatiuū representat rem que
alias fuit cognita: scilicet in tempore pre
terito. ¶ Secundū representatiuum repre-
sentat actum quo res illa fuit cognita: vel
qui est factus circa illam rem ¶ Tertium
representatiuum repñtat tēpus in quo
actus cognoscēdi est factus circa talē rem
Unde primum representatiuum est res que
est fuit vel erit cuius imago sicut spēs ma-
net in organo memorie. et sic capit bea-
tus Augustinus in decimo quarto de trini
tate: quādo dicit ꝙ memoria est rei pñtis

et allegat ad virgiliū in tertio eneidos im
memorve sui est ithacus discrimine tanto.
¶ Scđm repñsentatū est actus q̄ fuit aliq̄n
circa illā rem. Tertiū representatū est tp̄s
p̄teritū in quo aliq̄n fact⁹ est talis dū ip̄e
erat p̄sens. ex quo patet q̄ obiectum ꝓpin
quū actus memorandi siue memorie est ꝓ
positio de p̄terito significans aliquē actū
fuisse circa rem in tp̄e p̄terito. Sed obiecta
remota sūt tria repñsentatiua dicta. ꝛ obie
cta remotissima sunt res representate ꝑ il
la tria repñsentatiua: scʒ res de qua est me
moria actus de quo est memoria: ꝛ tempus
preteritum. ¶ Scđo notandum est q̄ remi
nisci siue reminiscētia tripliciter accipitur.
¶ Uno modo ꝓ potētia reminiscitiua q̄ est
aīa. ¶ Scđo modo capit̄ ꝓ organo mediā
te quo fit reminiscētia. ¶ Tertio mō capit̄
pro actu reminiscēdi. ꝛ sic capitur hic in ꝓ
posito. Uñ reminiscētia est act⁹ quo aliq̄s
apprendit aliquid quod prius oblitus fue
rat cum prius cognouisset. ꝛ sic patet q̄ re
miniscētia refertur ad tp̄s p̄teritum. Uñ re
miniscentia ꝛ memoria differūt tripliciter
¶ Primo q̄ꝛ reminiscentia reqr̄it obliuionē
precedentē: nō tñ totalem: sed partialem:
ita q̄ oportet q̄ species rei fuerit adeo re
missa vt ꝓprie non possit mouere potentiā
cognitiuā. Sed ad hoc faciendum indiget
specie alterius rei. ¶ Scđo differunt quia
memoria cōuenit tā brutis q̄ħ hoīb⁹: sed re
miniscētia solū cōuenit hoībus. ¶ Tertio
differūt quia memoria fit sine discursu: sed
reminiscentia non fit nisi mediante discur
su. Sed dubiū est cui⁹ est passio reminiscen
tia. vel intellect⁹ vel sensus. Ad hoc respō
det Aristoteles q̄ est passio sensus interio
ris. qđ ꝓbatur sic. Nā videm⁹ q̄ aliq̄ non
potētes reminisci de his que volūt remini
sci adeo perturbātur vt acquirāt dolorē ca
pitis. ꝛ hoc contigit sepe melancolicis qui
difficile cessant a passiōe quā habēt. eo q̄
species sensibiles multū eis adherēt. ¶ Se
cūdo ꝓbatur sic. q̄ꝛ videm⁹ q̄ habentes su
periora nimis grossa in ordine ad inferio
ra sunt male memoratiui et reminiscitiui:
vt gnani. nā eo q̄ habent cerebrū magnū
in ordine ad corpus ip̄m est multū humidū
ꝛ ꝑ ꝯñs male retentiuū specierū sensibiliū
ergo signum est q̄ reministentia est passio
sensus interioris. ¶ Tertio ꝓbat̄ sic. pueri
sunt male memoratiui: et reminiscitiui ꝓ
pter eo q̄ multū alterātur ꝓpter abundā
tem nutritionē ꝛ augmētationē: et ꝓpter
cursum sanguinis et magnum calorē: et se
nes sunt male memoratiui ꝛ reminiscitiui
ꝓpter vehementē motū in diminutiōe ꝛ re

solutione: ergo signū est q̄ reminiscentia
est passio sensus. ¶ Sed q̄ritur quare aliq̄n
hō dū vult reminisci et nō pōt ponit manū
ante frontē cōprimendo. Ad hoc dr̄ q̄ cau
sa est q̄ꝛ man⁹ ibi apposita ꝑ ꝯpressionem
impedit velocē motū specieru ꝛ ideo dū cō
primit ille mot⁹ facili⁹ possum⁹ reminisci.
¶ Scđo queritur quid faciendū est ad remi
niscendū. Ad hoc dr̄ q̄ homo debet discur
rere de loco in locū ꝛ de tp̄e in tp̄s: ꝛ de cir
cumstantia in circumstantiā ꝛ tandē deue
nit ad reminiscendū. ¶ Cōclusio rn̄siua me
moria est circa ꝓpositionē de p̄terito tāq̄ħ
circa suum obiectū ꝓpinquum. ista cōclusio
patet ex dictis. ¶ Et ad rōnes āte opposi
tū. ¶ Ad primā distinguit̄ maior vel tanq̄ħ
circa obiectum propinquū ꝛ sic conceditur
vel tanq̄ħ circa obiectum remotissimū et sic
negat̄. ¶ Ad scđam distinguit̄ aña vl' tāq̄ħ
de obiecto propinquo vel remotissimo et sic
conceditur. vel tanq̄ħ de actu quē memora
mur nos habuisse de aliquo ꝛ sic negatur.
¶ Ad tertiā cōceditur aña et ꝯña tanq̄ħ de
illo mediante quo memoramur ¶ Ad quar
tam dr̄ sīr. ¶ Ad quintam negatur ꝯña ꝛ
ad ꝓbationē negat̄ q̄ ꝓprie sint circa idē
¶ Ad sextā negat̄ assūptū. q̄ꝛ ibi non capit̄
memoria pro organo sed pro actu memorā
di. ¶ Ad septimam distinguitur vel tanq̄ħ
circa illud mediante quo memoramur ꝛ sic
concedit̄. vel tanq̄ħ circa actū quē memora
mur nos habuisse et sic negat̄. ¶ Ad octa
uā cōcedit̄ aña ꝛ cōsequētia tanq̄ħ de obie
cto ꝓpinquo: sed negat̄ tanq̄ħ de actu. im
mo illa memoria est circa actū quem memo
ro: me habuisse circa antichristū futurum.

Queritur quinquagesimonono vtrum
in aīali organū p̄mi sensitiui sit cor
¶ Et ar̄ primo q̄ nō et hoc sic. organū pri
mi sensitiui est cerebrū ergo nō cor. ꝯña pro
batur ꝑ galienū q̄ dicit Aristotelem fuisse
presumptuosū eo q̄ posuit organū ei⁹ esse
cor. ¶ Secundo ar̄ sic. somn⁹ et vigilia sunt
passiōes cerebri: ergo organū primi sensiti
ui est cerebrum. ¶ Tercio ar̄ sic. sensus ex
teriores vniuntur in cerebro tanq̄ħ in orga
no: ergo cerebrū est organū primi sensitiui.
¶ Quarto ar̄ sic. leso cerebro leditur primū
sensitiuum. ergo signū est q̄ ip̄m est in cere
bro. ¶ Quinto ar̄ sic. primū sensitiuum siue
sensus cōis mouetur immediate a sensu ex
teriori. ꝛ hoc non esset nisi esset in cerebro:
ergo primū sensitiuū est in cerebro. ¶ Sexto
ar̄ sic. ibi non est sensus communis vbi ē ex
cellentia sensibilis: sed in corde est excellē
tia sensibilis puta caloris: ergo p̄mum sensiti
uū nō est i corde. ¶ In oppositū ar̄ ꝑ aristo

telē in libro de somno et vigilia q̄ ponit p̄=
mū sensitiuū in corde. ¶ Pro solutione que
stionis notandū est primo. q̄ per primum
sensitiuū Aristoteles intelligit sensum com
munē q̄ est causa vigilie et causa somni. vñ
ad declarandū quomō causat̄ somnus: Ari
stoteles ponit aliquas cōclusiones. ¶ Pri=
ma est somn⁹ et vigilia sūt circa idē. pbat̄
sic. q2 somn⁹ et vigilia sunt priuatiue oppo
sita: s3 priuatiue opposita sunt circa idem
ergo son⁹ ⁊ vigilia sūt circa idē. minor p=
bat̄ q2 somn⁹ est priuatio vigilie. ¶ Scd̄a
cōclusio somn⁹ et vigilia sunt passiones sē
sus. probatur sic q2 illius somnus et vigilia
sunt passiōes p q̄b indicam⁹ animal vigila
re vel dormire. sed per sensū indicam⁹ aīal
vigilare vel dormire: ḡ somn⁹ ⁊ vigilia sūt
passiones sensus. ¶ Tertia conclusio som
nus et vigilia sunt passiones cōes ale ⁊ cor
pori. pbatur sic. q2 somn⁹ et vigilia sūt pas
siones sensus. ⁊ sensus est cōis ale et corpo
ri: ergo somnus ⁊ vigilia sunt passiones cō
munes ale et corpori: ita q̄ non cōueniūt
ale sine corpore nec corpori sine aīa. Vñ ex
istis cōclusionib⁹ p3 q̄ plātis ⁊ aliis ina
nimatis nō cōuenit somn⁹ neq3 vigilia: cū
talia nō habeant sensū. ¶ Quarta conclu
sio nullū animal semp dormit vel sempervi
gilat. pbatur sic. oīs potētia fatigabilis i
ope suo si excesserit debet quiescere ab illo
opere: sed sensus est potētia fatigabilis i
suo opere. ergo si excesserit debet quiescere.
sed quiescere ab operatione sensus est dor=
mire: ergo animal aliqñ dormit ⁊ aliqñ vi
gilat. ergo nullū animal semper dormit vel
semper vigilat. Unde ex probatione istius
conclusionis pōt haberi diffinitio somni q̄
talis est. Sōn⁹ est in potentia sentiendi p
pter excessum vigilandi. Unde excessus vi=
gilie aliquando est per egritudinem: ⁊ ali
quando sine egritudine. ita etiam in potē
tia sentiendi aliquando etiam est ab egri
tudine. et tunc non est proprie somnus. et
aliquando in potentia sentiēdi est sine e=
gritudine: sed per fatigationem vigilandi
et talis impotentia proprie est somnus.
¶ Quinta conclusio. omne animal sanum
dormit vel vigilat. ista conclusio patet ad
sensū. vnde dicitur sanū q2 si aīal habeat
sensus ligatos pp̄ter infirmitatē sicut con=
tingit in extasi. tūc aīal ꝓprie nō dormit.
¶ Secundo notandum est q̄ causa efficiēs
sōni est inuestiganda: sed ante aliqua sūt
supponēda. primo supponendū est q̄ som
nus est passio oīm sensuū exteriorū. pbat̄
quia videmus sensus exteriores cessare a
suis operatiōib⁹ p sōnū. ḡ signū ē q̄ sōnus
est passio sensuum exteriorum. ¶ Secunda
suppositio est q̄ omniū sensuū exteriorū est
sensus cōis qui habet iudicare de sensibili=
bus sensuū exteriorum et ea cōparare adi=
nicem. ¶ Tertia suppositio est q̄ somnus
pn̄cipaliter est passio sēsus cōis probatur
q2 ad cessationē eius sequitur cessatio oīm
sensuū exterioꝝ. ḡ sōnus principaliter est
passio sensus cōis. ¶ Istis suppositis dicit̄
q̄ causa efficiens sōni est euaporatio ascē
dens ad cerebrū que ibi infrigidatur ⁊ de=
scendit ad cor: ⁊ postq̄ descendit ad cor spi
ritus vitales ex singulis membris fluunt
ad cor vt ipsum confortent: ⁊ vt intendāt
calorē eius et sic spiritus vitales et sensiti=
ui relinquūt alia membra ⁊ sic aīal cessat
a sua operatione. ⁊ sic dicitur dormire ¶ Vñ
istud declarat Aristoteles multis signis.
Primum signu3 est q2 ex multa comestione
vel potatione cito fit somnus: eo q̄ fit ma=
gna nutrimēti euaporatio que ascendit ad
cerebrū ⁊ ibi infrigidatur ⁊ descendit circa
cor: et tunc causatur somnus ¶ Secūdum si
gnū est q2 si ea que prouocant somnū exces
siue sumantur aggrauāt cito caput. ⁊ tunc
spūs motiui ⁊ vitales repercutiūtur ad cor
et fit somnus. ¶ Tertiū signum est q2 labo
res prouocāt somnū. Nā labores et motus
calefaciunt ⁊ resoluunt humores viscosos
et flegmaticos: et vapores in illa resoluti=
one ascendunt ad caput et repercutiuntur
ad cor: et tunc causatur somnus. ¶ Quar=
tum signū est egritudines faciūt somnum
et hoc est quia in ipsis abūdat humiditas
indigesta que multū euaporatur ⁊ abūdat
sepe caliditas excessiua que non digerit. ⁊
sic per illā euaporationē causatur somnus
¶ Quintum signū est q2 pueri multū vtun
tur somno pp̄ter abundantiam nutrimēti
et in ipsis plus de nutrimēto mittitur ad
superiora q̄3 ad inferiora. et ideo eo q̄ ex
magno nutrimento fit magna euaporatio
in ipsis cātur multus somnus. Unde q̄ in
pueris multū de nutrimēto mittatur ad su
periora membra patet. quia in puero vide
mus q̄ caput ⁊ spatule multum crescunt i
ordine ad alia membra. ḡ signū est q̄ in ip
sis multū de nutrimento mittit̄ ad mēbra
superiora. ¶ Sextū signū est q2 pueri sepe
sunt epilentici. ⁊ hoc prouenit propter va
pores multos ⁊ grossos ascendentes ad ca
put qui aliqñ fortius ingrossātur: ⁊ nō pos
sunt digeri: sed contingit q̄ obstruunt me
atus per quos fit aspiratio et moriuntur
dormiendo. et sic contingit q̄ puer aliquā
do reperitur mortuus mane iuxta nutri=
cem: sicut factum fuit de puero illius me=

retricis de qua fit mentio tertio regum et
ista mors non solum accidit pueris: sed ali
quando viris perfectis. ideo tales debent
cauere a multo cibo et a multo somno. ex q̄
sequitur ꝙ pueris non debet dari vinum
eo ꝙ ex eo causatur nimia euaporatio que
multum alterat pueros: ita vt aliquando
extinguat eos. Similiter nutrices puero꞉
rum nō debent vti vino multo. nam quādo
potant vinum generatur ex eo lac multum
fumosum. quod multos fumos ⁊ grossos
generat in pueris: ⁊ sic contingit ꝙ aliq̄
suffocantur. Unde hec est causa quare re꞉
ges et principes nostri temporis generāt
pueros qui cito moriuntur. vel qui habent
membra nimis grassilia et debilia: ita vt
nichil virtutis corporalis in ipsis sit. Nā
volunt habere nutrices sepe lactantes: cū
contrarium debeat fieri. et que potent de
licatum et forte vinum cum solum debeant
potare aquam vel vinum modicum multū
limphatum. Sed mulieres que vtuntur
aqua vel raro paruo vino et que laboran꞉
do faciunt magnā resolutionē malorū hu꞉
morum ⁊ grossorum fumorū generant pue
ros fortes et bene dispositos in membris.
ita vt homines dici possint sicut nascuntur
communiter in heluetijs in gaballitano ⁊
in montibus auernie et delphinatus: ⁊ in
multis al꞉ȷs regionibus. ¶ Sextū signum
est q̄ in quinq̄ primis mensibus non pos꞉
sunt bene vertere collum: ergo signum est
ꝙ ad membra superiora ascendit multum
de nutrimento. ¶ Tertiū signum principa
le est quia habētes magna capita sicut ha
bent gnani ⁊ habentes venas strictas sūt
amatores somni. Nam in habentib⁹ gros
sa capita in ordine ad alia membra multi
fumi grossi congregantur in capite qui
postq̄ sunt infrigidati non facile digerun
tur. et in habentibus strictas venas illi fu
mi ingrossati non facile possunt descende
re vt digerantur. ¶ Septimum signum est
q̄ homines melancolici sunt parui somni
Nam ipsi sunt frigide et sicce complexio꞉
nis: ⁊ per consequens non fit magna eua
poratio. ideo nec multus somnus. Unde
et propter hoc dicit Aristoteles ꝙ multi
eorum sunt magni comestores. nō q̄ bene
digerunt: sed quia multum indigestum
emittunt. et etiam tristes et parum leti. et
hec est quia leticia prouenit ex depuratio꞉
ne sanguinis ⁊ spirituum subtiliatione que
fiunt per calorem fortem. modo calor for꞉
tis non abundat in ipsis. Sed causa
materialis somni improprie capiendo ma
teriam est euaporatio nutrimenti. Causa
vero finalis est salus animalium. ¶ Ter
tio notandum est ꝙ somnium ē fantasma
in somno factum. que diffinitio debet sic in
telligi somnium est apparitio facta in sō
no. Unde somnium sic causatur q̄ species
rerum sensibiliū facta sensatione manent
in sensu communi: ⁊ in somno mouentur ad
motum spirituū ⁊ ad motū aliorum humo꞉
rum. ⁊ sic species ille se offerūt sensui com꞉
muni: et tunc mediantibus ipsis causatur
apparitio in sensu communi. Unde somnia
multipliciter fiunt. nā aliquādo fiunt som꞉
nia distorta. ⁊ hoc quando est magna per
turbatio vaporum et humorum in cerebro
descendentium ad cor. ⁊ sic fiunt somnia dis
torta. eo ꝙ spēs variarum rerum simul mo
uentur cum illis humoribus grossis. ⁊ ali꞉
q̄n fiunt somnia parū distorta: ⁊ hoc quan
do in speciebus motis est parua turbatio.
⁊ aliquando fiunt somnia clara. ⁊ hoc quā
do in motu specierum in sensu cōi non est
turbatio. Unde quādo colera dn̄atur in dor
miente ⁊ est magnus motus interior: tunc
dormiens multum somniat de igne: vel de
armis bellicis vel de litigijs. Et q̄n domina
tur in dormiēte melancolia: ⁊ est fortis mo
tus tunc dormiens somniat de mortuis de
suspensis vel de alijs rebus horridis. Et
quando flegma abundat in dormiente et
est fortis motus tunc dormiens somniat
de aqua vel de alijs rebus aquaticis: sicut
de piscibus. Et quando sanguis abun꞉
dat in dormiente et est fortis motus tunc
dormiens somniat de rebus letis: vt puta
de floribus: de viriditate: de tapetis: de
rubedine: de pulchris figuris: de venatio꞉
ne: vel de alijs iocundis. ¶ Sed queritur
quare aliquis somniat aliquando in som꞉
no se comedere dulcia? Ad hoc dicitur ꝙ
hoc est: quia humores dulces fluunt cum
speciebus sensibilibus. ideo propter hoc iu
dicat se comedere dulcia vel potare dul꞉
cia ¶ Secundo queritur quare aliqui ho
mines nunq̄ vel raro somniant? Ad hoc
dicitur ꝙ causa est: quia pauci fumi descen
dunt vel ascendunt. et ideo anteq̄ vene꞉
rint ad sensum communē sunt cōsumpti. et
tales homines sunt satis bone complexio꞉
nis. ¶ Tertio queritur quare aliqui homi꞉
nes multum somniant? Ad hoc dicitur
ꝙ causa est: quia in ipsis eleuantur mul꞉
ti fumi qui mouēt spiritus vitales cum spe
ciebus rerum sensibilium. ideo in ipsis cau
santur multa somnia
¶ Quarto notādū est ꝙ vt dicit Aristote.
ꝑ somnia aliquando cōtingit diuinare de
futuris. Unde triplicia sunt somnia. Nam

quedam sunt que fiunt per species rerū sen
sibilium sensatarum ī eodem die vel tempo
re parum distante: et per talia somnia ra:
ro homo per se iudicat recte de futuris. nā
homo somniat de aliquo homine quem vi:
dit heri vel de aliquo alio: eo ꝙ non est diu
ꝙ vidit illum hominem. ⁊ ideo species sen
sibiles sūt multū impresse propter magnā
considerationem quam habuit que species
mouent in somno sensum communem ad sō
niandū de illa re. Alia sunt sōnia que fiūt
per influentiā corporū celestiū. et talia sūt
duplicia. nam quedā sunt que fiūt de reb⁹
intra nos: vtputa de humoribus ⁊ de alijs
rebus: licet iudicemus nos aliud videre: vt
est somnium quo quis iudicat se videre ma
gna flumina: vł somniū quo quis iudicat se
ambulare per ignē: vł somniū quo quis sō
niat se horrida corpora videre: vel somniū
quo quis iudicat se videre magnam effusio
nem sanguinis: et per talia somnia homo
pōt prenosticare de futuris. nā medicus vt
Aristoteles dicit maxime debet circa infir:
mum attendere ad talia sōnia. nā dū quis
infirmus sōniat multū de rebus aquaticis
signum est ꝙ in eo flegma abūdat: que est
causa egritudinis: et dū infirmus fortiter
somniat de igne siue de alijs rebus igneis
signū est ꝙ colera abundat: ⁊ dū infirmus
multū sōniat de rebus terribilib⁹ ⁊ nigris
signū est ꝙ melācolia abundat: que est cau
sa morbi. et si de sanguine vel de re cruenta
infirmus somniat: signū est ꝙ sanguis ī eo
abundat: et sic medicus conformiter debet
subuenire nature. Alia sūt somnia per que
sōniamus de re extra nos vel de aliquo euē
tu fortuito: et per talia somnia dum fiunt
mediante influētia celi pōt quis prenosti
care de futuris: vt si aliquis sōniauerit for
ti somnio ꝙ ipse submergitur: in crastino ca
uere debet ne intret aquam: et sic dicēdum
est de multis alijs. Alia sunt somnia que fi
unt per illusiones dyabolicas. nam sepe
dyabolus in somno perturbat hominē mo
uendo species visibiles: vt aliquid mouens
ad pctm representent. Similiter aliq̄ som
nia fiunt mediante angelo mouente ad bo
num: ⁊ aliq̄ in sōno fiunt reuelationes di
uine que proprie non sunt somnia. et per il
las reuelationes quis pōt bene prouidere
de futuris. nam de⁹ et sua mīa sepe horta:
tur in somno ad bonum. ¶ Conclusio respō
siua. organū principale sēsus cōis siue pri
mi sensitiui est cor. probatur ista conclusio.
quia illud est organum sēsus communis si
ne quo aīal nullo modo viuit: ⁊ sꝫ sine corde
animal nullo modo viuit: ergo organum sē
sus communis est cor. vnde expertū est arie
tem cui caput erat amputatum per mł̄tos
passus ambulasse: quod tamen nō fecisset si
organū sensus cōis esset cerebrum. Secūdo
probatur ista conclusio sic. quia experiētia
docet ꝙ dū quis est lesus ipse percipit dolo
rem in corde: et nō in capite: ergo signū est
ꝙ organū sensus cōis siue primi sēsitiui est
cor. Tertio probatur sic ista cōclusio. cor mi
nistrat omnibus alijs partib⁹ spiritus vi:
tales et motiuos et nutrimentum: ergo si:
gnum est ꝙ organum sensus cōis est in cor
de principaliter. Quarto probatur sic ista
conclusio. cor in animali est primū viuēs et
vltimum moriens: ergo in eo est organū pri
mi sensitiui siue sensus communis: ergo cō
clusio vera. ¶ Et ad rationes ante opposi
tum. Ad primā negatur antecedens: et ad
probationem dicitur ꝙ galienus fuit pressi
pruosus ⁊ Aristote non. ¶ Ad secundam di
stinguitur añs: vel minus principaliter: ⁊
sic conceditur. vel principaliter: et sic nega
tur. immo principaliter sunt passiones cor
dis. ¶ Ad tertiā distinguitur añs. vł tanq̄
in organo minus principali: et sic cōcedit̄
vel tanq̄ ī organo principali et sic negat̄.
¶ Ad quartā distinguitur. vel ꝙ immedia
te ledatur primum sensitiuum minus prin:
cipale: et sic cōceditur: vel principale imme
diate: et sic negatur. ¶ Ad quintam distin
guitur. vel minus principale: et sic concedi:
tur: vel principale: et sic negatur. ¶ Ad sex
tam conceditur maior et negatur minor. et
ad probationem negatur ꝙ illa caliditas
sit excellens in ordine ad naturam cordis.

Queritur sexagesimo vtrum calidum et humidum sint causa lōge vite. Et ar
guitur primo ꝙ non. illud non est causa vi
te quod est destructiuum humidi: sed calidū
est destructiuum humidi ī animali: ergo ca
lidum nō est causa lōge vite. minor probat̄.
q: ī multis febricitātibus calidū consumit
humidū ¶ Scdo arḡ sic. illd qd dissoluit par
tes etherogeneas nō est causa lōge vite: sꝫ
calidū dissoluit ptes etherogeneas: ḡ cali
dum non est causa longe vite. ¶ Tertio sic.
nullum fluxibile et male retentiuum calo:
ris et de facili congelabile est causa longe
vite: sed humidū est hmōi: ḡ humidū nō est
causa lōge vite. ¶ Quarto sic. si humidū es:
set causa lōge vite: vł illud humidū esset ae
reū vel aqueū: sed nullū est dicendū: ḡ humi
dū nō est causa longe vite. minor probatur
et primo ꝙ nō sit aereū: q: illud est facile in
flammabile: ergo nō est causa longe vite.
Sed ꝙ non sit aqueum probatur sic. quia
illud non stat cū calido: ergo non est causa


longe vite. ¶ Quinto arguitur sic. si calidū et humidum sint causa longe vite: sequeretur ꝙ calidiora et humidiora essent longioris vite ꝯñs est falsum probatur. quia multa animalia sūt calidiora ꝛ humidiora quibusdam plantis: et tamen nō sunt longioris vite: ꝫ calidū et humidū nō sunt causa longe vite. ¶ Sexto arguitur sic si calidum et humidum essēt causa longe vite: sequeretur ꝙ oēs sanguinei essent lōgioris vite ꝗ̄ melancolici. ꝯñs tñ est falsū: vt docet experientia: ergo calidū et humidū nō sunt causa longe vite. ¶ Septimo arguitur sic. si calidum et humidum essent causa longioris vite: sequeretur ꝙ herbe essent longioris vite ꝗ̄ aliqua animalia perfecta. consequēs tñ est falsū: ergo calidū et humidū non sūt causa lōge vite. probatur ꝯña. quia herbe facile multum crescūt et cito: ergo habēt multum de calido et humido. ¶ Octauo arguitur sic. calidum et humidū causāt putrefactionē: ergo calidū et humidū nō sūt causa longe vite. Antecedēs probatur per Aristotelem quarto methaororum. ¶ Nono arguitur sic. frigidū et siccū est longioris durationis ꝗ̄ calidum et humidum: ergo frigidum et siccum sūt longioris vite. añs probatur. quia metalla que sūt frigida et sicca sunt maxime durationis. ¶ Decimo arguitur sic. si calidum et humidum essent causa longe vite: sequeretur ꝙ animalia meliꝰ viuerent in suprema regione aeris ꝗ̄ in infima: sed hoc est falsum: ergo calidū et humidum non sunt causa longe vite. ¶ In oppositum arguitur per Aristotelem in libro de lōgitudine et breuitate vite. ¶ Pro solutione questionis. Notandū est primo ꝙ duplicia sunt viuentia. nam quedam sunt insensibilia vt sunt plante. et quedam sunt sensibilia vt sūt animalia. Unde multiplices sunt plante. nam quedam sunt que habēt humidum multum fluxibile: vt sunt multe herbe: et tales plante sunt breuis vite. nā eo ꝙ illud humidum est multum fluxibile: ē cito desiccabile et cito congelabile. ideo nō potest multum resistere suo contrario: et sic cito illud corrumpitur ad quod sequitur corruptio illius viuentis. Alie sūt plante que habent humidum non multum fluxibile: ꝛ tales sunt satis longe vite: vt sunt pirus: amigdalus: et similes plante. vnde tales plante sunt sufficienter longe vite: et magis viuunt in regione vergente ad meridiem ꝗ̄ in regione vergēte ad septentrionē. nam in regione vergente ad septentrionem tales plante magis habent de humido aqueo et minus confortantur a calore solis consumente humidū aqueum ꝗ̄ plante vergentes ad meridiem. Alie sunt plante que habent multum de calido in materia densa: ꝛ multum de humido complexionali: qđ quidem humidum non est fluxibile: ꝛ tales plante sunt magne vite: vt sunt quercus et fagi. Alie sunt plante habentes multum de humido viscoso et forti: et multum de calido temperato: et tales plante sunt valde longe vite: vt sūt cypressi: cedrus: palma: et pinus. vnde cypressus habet multum de humido viscoso et forti: ꝛ multum de calido temperato: et cedrus similiter. ideo est causa quare sunt longe vite. Unde et ipsa ligna cedrina sūt magne durationis. Nam vt refert plinius in hyspania in templo herculis trabes ex cedro durauerūt per mille ducentos annos. Similiter refert hostia templi dyane ephesine cum durassent per quingentos annos apparuisse ac si adhuc essēt noua. vnde et palma vt dictū ē est valde lōge vite. Nam sicut habetur exodi decimo quinto. venerunt autem in helim filij israel vbi erant duodecim fontes aquarum ꝛ septuaginta palme: et asseuerant aliqui ex christianis nostris qui peregre fuerunt in mōte sinay stare adhuc aliquas ex illis palmis. ex quo patet palmam esse valde lōge vite. nam a tempore illo quo moyses reperit ibi septuaginta palmas vsqꝫ ad nostrā etatem fluxerunt fere tria milia annorū. Unde in oriente sunt arbores que sunt lōgioris vite ꝗ̄ arbores que sunt in occidente: et multo maiores arbores reperiuntur ī oriente ꝗ̄ in occidente vel septētrione. Nā vt refert plinius in india reperiūtur arbores tam alte: vt sagittariꝰ sursum sagittādo non possit attingere cacumen. Nec certe hoc debet videri falsum: cum in aliquibꝰ montibus gaballitani sint arbores que dicuntur sapini similes pinis multū excelse: ita vt apud eos qui ante nō viderūt videretur esse mirabile de earū altitudine. vñ ille arbores sūt lōge vite sicut et pinus. Nā habēt humidū valde viscosū: et difficile: desiccabile: vel cōgelabile. ¶ Scđo notandū est ꝙ videndū est de lōgitudine et breuitate vite aīalium. Uñ multiplicia sūt aīalia. Nā quedā sūt aīalia multū caloris habentia ꝛ multū de humido: et talia diutius viuunt ī regione frigida ꝗ̄ in regione calida. nam calor naturalis ī illis ī regione frigida melius cōseruatur et cōfortatur a frigido p antiperistasim: eo ꝙ ibi nō viget magna siccitas propter quod bñ cōseruatur humidū radicale. Alia sūt aīalia que debitū calorē habēt et talia diutius viuūt in regione calida ꝗ̄

in regione frigida. nam illud calidū in re=
gione frigida cito corrumperetur a frigido
Alia sunt aialia q̄ habēt sufficiētē calorē
τ sufficientē humiditatē: τ talia in regiōe
tēperata diutius viuūt. nā in illis aialib⁹
in regione temperata humidum radicale
meli⁹ cōseruatur. vn̄ locus multū facit ad
longitudinē vel breuitatē vite. τ ad calorē
intensū τ remissū. τ hoc tangit Aristo. in li
bro politicorū. vbi dicit ꝙ septentrionales
hoīes sūt multū audaces. τ hoc propter in
tensum calorē interiorem: sed nō sunt mul=
tum prudentes: vt sunt germani τ sithe et
eorū vicini. nā germanorū genus ferina ac
mirū in modū barbara est. nā τ si non esset
vicina gallis a quibus religionē τ mores
humanos aliqualiter capit poti⁹ illa gens
inter feras q̄ȝ inter homines numeranda
esset. Meridionales vero homines sunt pru
dentes τ subtiles: sed non sūt multū auda
ces. Illi vero qui sunt medij. s. qui sūt in re
giōe temperata sūt sufficiēter discreti pru
dentes ac sufficiēter audaces: vt sunt itali
galli: et hyspani. nā tales nō offuscant ex
nimia ebulitione sāguis: sȝ prudēter de a=
gibilib⁹ iudicāt. Alia sūt aialia q̄ sūt debi
lis caloris et subtilis cōplexionis: τ talia
aialia sunt longioris vite in regiōe calida
q̄ȝ in regione frigida. Vn̄ ceteris paribus
aialia habitātia in regiōe calida sūt lōgi
oris vite q̄ȝ animalia habitātia in regiōe
frigida. Nā elephantes sunt maioris vite
q̄ȝ animalia habitātia in regione frigida
τ solū elephātes reperiunt in regione cali
da. Similiter in regiōe calida sunt serpen
tes magne vite. nā vt refert plini⁹ in aliq
bus locis indie reperiūtur serpētes antiq
τ adeo magni: vt ceruū vel taurū integruȝ
deglutiant: τ tn̄ in regione frigida non re
periunt animalia tā antiqua. Vn̄ et inter
animalia vt refert Aristo. terrestria sunt
lōgioris vite q̄ȝ aquatilia: ceteris parib⁹.
¶ Tercio notandū est ꝙ duplex est mors:
scilicet marcedo τ extinctio. Vn̄ marcedo fit
per consumptionem caloris naturalis siue
radicalis: vel per exhalationem a calido τ
talis mors cōuenit animalib⁹ habitātib⁹
in regionibus multū calidis: τ nō cōuenit
animalibus habitantibus in regione fri=
gida. Sed extinctio est mors que fit per ex
tinctionē calidi a frigido: τ talis mors cō
uenit animalibus habitantib⁹ in regione
frigida. nam in eis calor naturalis perve=
hementem frigiditatem extinguitur.
¶ Quarto notandum est ꝙ calidum ꝙ est
causa vite non est igneū. nā calidū igneum
est nimis actiuū: nec illud calidū est aereū
quia tale calidum est nimis passibile. Sed
est calidū complexionale qḋ aliquam cōue
nientiam habet cū calido igneo: τ aliquaȝ
cū calido aereo. nā cōuenit cū calido igneo
sic ꝙ sicut calidū igneū est multum decocti
uum et imputrefactibile ita τ calidū com=
plexionale. et illud calidū habet ortum ab
anima. Et cū calido aereo conuenit in hoc
ꝙ est pingue humidū nō adustū nec super
fluum. Similiter humidum quod est causa
vite nō est humidum aqueum nec est humi
dum aereū: sed est humidū complexionale
quod habet aliquas ꝓprietates aque: scilȝ
ꝙ sit bene cōtinuatiuū: et ꝙ sit grossum et
non facile inflammabile. τ habet aliquas
proprietates aeris: scȝ ꝙ illud humidum
sit pingue et nō facile congelabile. Unde
illud humidū habet ortum ab anima medi
ante influentia celi. τ nō ab aqua vel aere
¶ Istis notatis ponitur conclusio. calidū τ
humidū cōplexionalia et bene ꝓportiona
ta sūt cā vite. ista cōclusio pȝ ex notabilib⁹.
¶ Scḋa cōclusio frigidū et siccum sunt cau
sa mortis. ista conclusio probatur sic. qr vel
viuens moritur ex extinctione calidi et sic
causa mortis est frigiditas: cū calidū per
se non extinguatur nisi per frigidum. vel vi
uens moritur ex desiccatione humidi τ sic
causa mortis est siccitas cū humidum non
desiccet per se nisi a sicco: ergo frigidum et
siccū sunt causa mortis. Et ad rationes an
te oppositum. ¶ Ad primā cōceditur maior
et negatur minor. et hoc loquēdo de calido
cōplexionali ¶ Ad scḋam cōceditur maior
et negatur minor: et hoc loquendo de cali=
do complexionali. ¶ Ad tertiā conceditur
maior et negatur minor: et hoc loquēdo de
humido cōplexionali. ¶ Ad quartā negat
maior: quia nec est aqueū nec aereum: licet
cōueniat cum vtroq;. ¶ Ad quintū concedi
tur ꝯn̄a ceteris paribus. et ad probatio=
nem dicitur ꝙ cetera nō sunt paria. ¶ Ad
sextā conceditur ꝯn̄a ceteris paribus. Un
de scḋm doctrinā medicorum homines tem
perati sunt longissime vite inter homines
ceteris paribus. deinde sanguinei: deinde
colerici: deinde flegmatici: et deinde melā
colici: ita ꝙ ceteris paribus melācolici sūt
breuioris vite inter homines. ¶ Ad septi=
mam negatur consequentia. Et ad proba
tionem eius conceditur antecedēs et nega
tur ꝯn̄a. quia licet habeāt multū de calido
et humido: illud tamē humidū est facile cō=
gelabile. ¶ Ad octauam distinguitur ante
cedēs: vel calidū et humidū cōplexionalia:
et sic negatur. vel non cōplexionalia: et sic
conceditur: τ negatur consequentia. ¶ Ad

non ā distinguitur aīa vel in animatis et sic negat. vel in inanimatis et sic concedit aīa ꝛ negatur ꝯña. ¶ Ad decimā negatur ꝯña. q̄ꝛ illa suprema est nimis calida ideo aīalia non bñ possent viuere in ea. Et sic ē finis. Deo gratias

Omnipotens eterne deus in quo sum⁹ mouemur ꝛ viuimus: concede ꝓpicius vt qui primā mortē euitare non possumus meritis sacratissime passionis dñi nr̄i iesu christi intemerateq̄ꝫ virginis marie matris eius omniumq̄ꝫ sanctoꝝ et sanctarū tuoꝝ a morte secūda liberemur. Per xp̄m.

¶ Explicit enchiridion naturale anselmi meiani de monte meiano cōtinēs sexaginta questiones Parisi⁹ impressū in officina Johannis barbier: sūptib⁹ Johānis parui bibliopole alme vniuersitatis parisiensis anno domini millesimo quingentesimo nono die vero vicesima nona mensis ianuarij regnante Ludouico augusto francorum rege christianissimo.



¶ Sequuntur tituli questionū istius libri.

fin

Jehan gaboriq vivet comme

D. messe bon compagnon

1560.

Gabriel

Gabrielis Aurati in suam [illegible]
fantiam ad Gab. Hauzaturm
patrem

nom

In mortale Gabriel vivet immorabile
Nunc Medicos praemia digna refert
Nec divini superabit musa Maronis
Amminib. cui sunt nomina tota tua,
Qui possis pressa felicem reddere versu
Quae natura tibi qz meliora dedit
Exercet doctos vario modulamine a[illegible]
Omnibus in libris isto libelq Gabr[illegible]
Doctorq varios possem [illegible] labor[illegible]


Società Cooperativa Industriale
FRA I
Legatori e Doratori di Libri
ROMA

